
DE TESTAMENTO PRINCIPI, AUT COMITI OBLATO, TRACTATIO ANALYTICO-SYNTHETICA L. 19...

Johann Otto Tabor, Johannes Scheffer, Peter Aubry

Digitized by Google


PRAEPONDERAT
DE TESTAMENTO
PRINCIPI AUT COMITI
oblato,
Tractatio Analytico-Synthetica
l. 19. C. de Teſtament.
Theoriam & Praxin
oſtendens.
Quam
SUB PRÆSIDIO
Ampliſsimi & Conſultiſsimi
Viri
DN. IO. OTTONIS TABORIS.
U.I.D. COD. ET FEUDALIUM PLACITO-
rum in alma Argentoratenſium Univerſita-
Profeſsoris celeberrimi, Præceptoris atque
fautoris ſui multis nominibus ſuſpiciendi
Iunior
ARGENTORATI
Ex Offic: Lib: Ioſiæ Stædelii.
Anno
I. Schef. inu.
P. Aubry ſculpſit

Digitized by Google

Illuſtrißimo Comiti ac Domino,

DOMINO

FERDINANDO

SIGISMUNDO, Comiti Curtio, Libe-
ro Baroni in Senfftenaw/ Domino Dynaſtiæ
Horn, Droſſendorff/ Weichartſchlag & Khör-
tzen: Sacræ Cæſ. Majeſtatis Conſiliario Sta-
tus intimo, Camerario, & Imperii Vi-
ce-Cancellario, Comiti ac Domi-
no meo perquam cle-
menti, &c.

Illuſtrißime Domine

T*Eſtaturus qualemcunq; grata devotæq; mentis Diſpoſitionem, conſtitui Te compellare, Virum nempe, quem alma Parens* Natura *ita blandis oculis intuita eſt, ut cunctas illi corporis animiq; dotes largiretur: quem deinde* Sapiẽtia

pariter ac Virtus *indulgentiſſime educarunt: quẽ ſponte ad magna omnia currentem* Originis *dignitas ſtimulavit: quem* Induſtria *in Labore corroboravit: quem Auguſtiſſimus Imperator* Ferdinandus II. p. m. *ſagaciſſimus ingeniorum & meritorum æſtimator; multis muneribus ornavit: quem* Ejuſdem Filius; *Princeps ſummus in Terris, ac Dominus Noſter Glorioſiſſimus, Clementiſſimus;* Prudentem, Obſervantem, Fidelem *hactenus expertus eſt. Quæ quanti omnia & ſingula ſint, ſolus intelliget, cui licebit hæc propius intueri vel æſtimare. Certè eximia prorſus in Rempublicam merita eius eſſe oportet, cui inter alios honores etiam S. Romani Imperij* Vice-Cancellariatus *defertur. Nec minoris duci debet* duorum Auguſtorum *gratiam meruiſſe, geminatoq; cæli beneficio perfrui. Jam quantæ eſt* Prudentiæ, *ad ſcopulos Conſiliorum non illidere, aut obhæreſcere. Nec communis (ob illud Aularum incertum)* Felicitas *ea habetur, cuius faſtigium nullo turbine quaſſatur. Haut enim amat maledicorum Licentia ab illis abire culminibus, & neſcio quo fato calumniæ & Invidiæ telis expoſiti ferè eſſe ſolent ij, qui in alio-*

aliquo rerum humanarum faſtigio conſtituti, arduis negotiis implicantur, & excelſa munia ſuſtinent. Sed Tuæ Sapientiæ *eſt hæc ſpernere, quippe iam pridem didiciſti Virtutem ipſam ſibi pretium eſſe, & livoris dentem effugiſſe, quisquis contempſerit. Sunt & aliæ domeſticæ ac interioris vitæ Virtutes*: Pietas, Eruditio, Candor, Humanitas, *aliaq; eximiarum laudum nomina, quæ libaſſe ſufficiet, ne blandiri videar, moleſtusve eſſe: cum* prima *ac veriſſima hæc Virtutum Laus ſit, ex vero non poſſe laudari*; altera *nolle: Illud* Præſtantiæ *Tuæ eſt*; *Hoc* Modeſtiæ. *Interim hæc me meditantem neſcio quænam cœperit oblivio mei, puta hominis tenuis ac imperiti; ut nihilominus ſuſtinerem Illuſtriſſimam Excellentiam Tuam affari. Debuiſſet enim me ab alloquio arcere, tùm excellens Tua dignitas, tùm arduæ curæ; ne illam temerè compellarem*; has *inverecundè interpellarem: Haud etiam ſufficere putabatur allegare Obſequia devoti cultus; ſcilicet quem omnes Illuſtriſſimo Nomini Tuo debemus: Præſentiori quinimo pignore opus videbatur, ſi, quod impenſe deſidero; gratias habere inſtituerem Favori illi*

gratioſiſſimo & planè peculiari, quo domum noſtram ſemper dignata eſt Illuſtriſſ. Tua Excellentia: verum hæc meditatio potius in futurum deſtinanda erat, cùm & mihi facultas ſerviendi, profectu quodam ſtudiorum & peregrinationis adoleviſſet, & Illuſtriſſima T. E. aditum devinctiſſimo homini inter obſequia ſua olim indulſiſſet. Attamen cunctationem iſtam exemit abundantia ingenitæ Bonitatis *Tuæ, effecitq;, ut temerè potius eam prædicaſſe, quàm ingratè tuliſſe videri mallem. Eſt profectò omni & affectu & intellectu meo ſublimius beneficiū, quod inter illuſtria Negotia; quæ S. C. R. Maieſtati præſtas; ad privatam ſtudiorum meorum humilitatem perclementer, ac ita dignata eſt reſpicere Illuſtriſſ. Tua Excellentia, ut ſcriptis ſua manu literis, ad optimum Doctorem meum, Ampliſſimū Dn. Taborem JCtum celeberrimum, de meo in ſtudiis conatu inquireret. Quo meo merito? nullo fateor, ſed ſolo impulſu* Benevolentię *Tuæ, quam dictæ literæ, ſic palàm proferunt, ut manu tangere & tenere videar hunc affectum. Fas erat repræſentare, & apud pedes Tuos deponere ſpecimen rei, de qua quærebatur; ſed cruda adhuc*

ſtu.

ſtudia & exigui profectus verecundantur merito, in faſtidia & ludibria lucis publicæ venire. Igitur, niſi eadem Clementia & Manſvetudine, *quâ cœpiſti; mecum perſeveras agere, devotioni meæ ſua non poterit conſtare ratio. Ecce enim venit hæc Epiſtola, nimirum obſervantiæ in Te meæ ſingularis Nuncia, quæ* Mera fide *& ſecũdum voluntatem meam ad veſtigia Illuſtriſſ. Tuæ Excellentiæ abjicit exile ingentis devotionis pignus,* & offert T*ibi* Comiti Teſtamentum, *ſive* T*eſtationem mentis, non utiq; relaturæ gratias; ſed* T*eſtaturæ. Nec minus tamen dignabere, Dne. Illuſtriſſime, ad conſpectum tuum admittere, quod* T*ibi dicatum nunc eo. Eſt Scriptio Academica, laudati modò Doctoris mei ductu, & meâ quadam conandi temeritate, Exercitationi publicæ deſtinata. Munus quidem valdè leve ac tenuè, & quod ad meritorum* T*uorum ſublimitatem minimè aſſurgat. Aſt Magnis faſtigiis non poſſunt, niſi parva offerri. Accedit quod nemo occurrerit, cui dignius debebatur Inſcriptio illa,* TESTAMENTI COMITI OBLATI, *quam* Comiti *inter Comites* Eminenti. *Imò nefas erat alios circumſpicere Mœcenates,*

qui-

Digitized by Google

quibus has primitias operum dedicare in animum inducerem, cùm Humanitas *Tua inuſitata, Potentiſſimo Auſpicio me quodammodo ad Tuum limen invitarit. Ergò fave hiſce conatibus noſtris, ut benigni humanæ imbecillitatis æſtimatores ſolent: Cape munus hoc, non pretium, quo me devinctum liberem; ſed pignus, ut obſtringam. Interea meum erit, pro illuſtriſſimæ Tuæ Excellentiæ incolumitate ac felicitate Soſpitatori* DEO, *vota ritè nuncupare, & ita me, meaq́ ſtudia comparare, ut ſemper ſim & habear,*

Illuſtriſſimæ Tuæ Excellentiæ

Dab. Argentinæ d. 15. Martii Anno 1648.

Dovotiſſimus Servus,

Wolfgangus Ofmülner à Mülfeldt, Junior.

CA-

CAPUT I.

Prolegomena exhibens.

Ejusdem

SUMMARIA.

1. *De difficultate confectionis ac Ordinationis Solemnium Teſtamentorum,*
2. *Quâ moti Principes inter cætera, eum quoque teſtandi modum invenerint, qui in* l. 19. c. de Teſtam. *definitur.*
3. *Cuius reſcripti Autores inveſtigantur:*
4. *Itemq́; Locus, unde Reſcriptum emanavit.*
5. *Et Tempus; detectis hâc occaſione ſubſcriptionum tùm varietatibus, tùm Erroribus.*
6. *Oſtenſo etiam inquiſitionis huius uſu & utilitate.*

THESIS I.

QUod JCtus Paulus, *in l. 5. in fin. ſi pars heredit. pet.* de aditione hereditatis eſſert: Multa eum ſcire oportere, qui adire hæreditatem velit, ne æri alieno ſe implicet, *vid. omninò Cuiacium in admirandis ad Africanum tractationibus, lib. 1. p.* 940. *hanc*

rem fuſè, accuratè, & eleganter explicantem. Id non immerito etiam de ſolenni teſtandi ac conferendæ hereditatis modo dixerim: *multa eum ſcire oportere, qui valida ac ſubſiſtentia Teſtamenta velit conficere*: Ita enim *in l. omnimodo* 30. C. *de inoff. Teſtam.* ipſum Juſtinianum fateri deprehendes: magnam atque innumerabilem eſſe occaſionem ſubvertendi Teſtamenta; Doctores quoque Noſtros apud Rol. à Vall. 1. *conſil.* 36. *n.* 1. valdè quiritari audies, de periculoſa hac atque difficili ſcrupuloſitate circa ſolemne Teſtamentum. Pariter & apud Ægid. Bellamer. *Conſil.* 1. *n.*46. leges difficile eſſe ut omnes Teſtamentorum ſolennitates (quarum 13. refert) poſſint obſervari. *Add. Cothman.* 1. *reſponſor.* 29. *n.* 130. *&* 230. *Hieron. Pantzſchman. part.* 2. *quæſt.* 19. *n.* 13. Imò Argentræus, *in comment. in conſuetud. Britanniæ ad tit.* 22. *&* 23. miſeros proclamat, quibus negotioſas illas ſolemnitates, acuminoſa nempè luxuriantis Reipublicæ inventa, immenſas, & ſine modo congeſtas formas, primarum, & ſecundarum inſtitutionum: accreſcendi jura, heredum diſtinctiones, hereditatum capiones &c. nondum rejicere licuit. *Confer. Dn. Præſidis Element. juriſpr. method. part.* 2. *ecthеſ.* 16. *iterum Argent. ad art.* 266. *n.* 18. *&* 19. *p.* 103. *Acad. Altdorf. reſponſ.* 55. §. Je gröſſers Anſehen/ꝛc. *Wehner in voce* Erbgüter.

II.

Has difficultates cum & Conſulti & Imperatores animadverterent: Illorum autem diligentiam (quæ ut aliàs *l.* 9. §. 7. *de pæn.* ſic etiam in concipiendis atque dictandis teſtamentorum formulis interveniebat. *vid. Cuiac. in Scævola ad l.* 88. §. *ult. ibidemq́; Gothofred. de Legat.* 2.) plerique ut nimis ſcrupuloſam aſpernarentur, *ut videre licet apud Horat. Serm.* 2. *Satyr.* 2. *v.* 87. *ibi*: *Sive ego pravè, ſeu rectè, hoc volui, ne ſis patruus mihi. Cuiac ad l.* 77. § 23. *de leg.* 2. *Ille animoſius, in veteri inſcriptione Neapolitanâ, talem teſtamento ſuo præfigebat Titulum*: *Dolus malus abeſto & JCtus. H. Grot. in flor. ſparſ. ad tit. de legat.*

legat. 2 *p.*156 *Conjungens dolum ICto, quod hi ſoleant eſſe vafri, inquit Guiac. ad l.* 88. *§. ult. p.* 273. *B.* Inprimis a. difficilioribus Reipubl. temporibus difficultates iſtæ & nimia miſeraque diligentia ægrè tolerarentur *arg. pr. l. de teſtam. milit. ibi ſupradicta diligens obſervatio in ordinandis teſtamentis militibus remiſſa eſt l. ult. ibi tantum legum ſubtilitatem, & ibi: LL. ſubtilitate remiſſa C de teſtam. l.* 1. *ibi: ſi ad diligentiam ll. revocentur & obſervantiam. de teſtam milit. l.* 12. *ibi, juris ſcrupulositate de iniuſt. rupt irrit. f. teſtam. §. ult. ibi ſed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit. Inſtit de legat.* Faciliores atque expediti teſtandi modi inventi ſunt. *vid. Reuſner. part.* 4. *de teſtam. cap.* 1. *n.* 3. & in his etiam apud acta, *l.* 18. *C. h. tit.* vel apud ipſum Principem voluntatis ultimæ deſideria publicandi. *h. l.* 19. Qui cum ſimilibus aliis compendioſè teſtandi modis, ita grati, populo accidiſſe videntur *arg. pr. l. de fideicom.* ut uſque adhuc multis in locis Teſtamenta ſolemnia minus, *conſtit. Colonienſ. de anno* 1512. *tit.* von Teſtamenten §. Nun die Form eines Teſtaments in Schrifften / welches nunmehr nicht in groſſer Ubung iſt / ꝛc. *Dn. Carpzov.* 6. *Reſp* 9 *n.* 1 Judicialia autem magis frequententur *idem. d lib.* 6. *reſpon* 12. *n.* 1. Itaque in horum Teſtamentorum indolem pauló altiùs inquirere ac præcipuè de priore ſpecie, quam Impp. in *l.* 19. *C. de teſtam.* tradunt, Exercitii publici cauſâ, ſtylo ſimplici ac plano nonnihil dicere conſtitui: Inprimis cum animadverterim, hanc quoque teſtandi rationem, licet expeditam, tamen non carere periculo: quippe cum doctiſſimus aliquis Juriſperitus, qui eruditum de Teſtamentis tractatum edidit, diſpoſitionem ſuam, ab impetitione immunem conſtituere non potuerit. (Sic ut hic quoque illud vetus Verbum obtineat: Optimos quoſque artifices, ſibi quandoque parum feliciter conſulere, & Medicos, cùm de proprio corio luditur, infeliciter medicinam facere. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 44. *Tiraquel. de Nobilit. c.* 31. *n.* 436. Et ſimiles

Digitized by Google

fieri fabricatoribus arcæ Noæ, qui in eâ, per ſuam artem, ſalvari haut poterant. *VVilhelm Anton. de præſcript. morat. concluſ. 9. n. 8 lit. D.* Vel ſtatuis Mercurialibus, quæ aliis viā monſtrant, quam ipſæ ambulare nequeunt. *id. ibidem.*) Ut autem conatus noſter feliciter ſuccedat, DEUS Opt. Max. quem devotè adoramus & obteſtamur, velit faxitque.

III.

Ac evidentialium quidem, ut vocant, loco, inſpiciemus atque excutiemus, tùm inſcriptionem & ſubſcriptionem, (quæ autores legis, occaſionemque ac circumſtantias patefaciunt) tum ipſam terminorum difficiliorum interpretationem: his enim tanquam involucris, diſpoſitionis vis & nervus comprehenditur. Inſcriptio detegit & Auctores legis, ſive principes reſcribentes: & perſonam ad quam reſcribitur. *Reſcribentes* ſunt Impp. Honorius (Theodoſii Imp. filius) & Theodoſius (junior, nimirum Arcadii filius) patruus & ex Fratre Nepos, Imperii Conſortes: præcipuas tamen partes obtinente Honorio, *ut theſ. ſeq. & cap. 6. huius tractationis theſ. 5. monebimus.* *Recipiens* eſt Johannes præfectus Prætorio. Fuerunt ſub his Imperatoribus Præfecti prætor: plures, (numero jam à Conſtantino M. aucto *vid. Zoſim. lib.* 2.) quorum alii Orienti, alii Occidenti præerant; Et hîc tum Italiæ tum Galliæ. Hinc Reſcripta (Baſſo & Philippo Coſſ.) ad Theodorum directa leguntur *l.* 20. *& ſeqq.* C. *Th. de bon. proſcript. lib.* 9. *tit.* 42. *l. ult.* C. *de poſtlim. reverſ.* Et Honorio octavum, Theodoſio tertium Conſule, de Mathematicis ſuperſtitioſis, ad Cæcilianum præf. præt. reſcripsêre Impp. *in l. ult.* C. *Th. de maleſ. & Mathem.* 9, 16. *l.* 10. C. *de Epiſcop. audient. & alibi ſæpe.* Varana autem Conſule, emanavit *l. ult.* C. *Th. de indulg. crim.* ad Palladium p. p. Anthemium Orienti præfuiſſe, cum poteſtate præfecti prætorio, docet *l* 2. C. *Th. de litor. & itiner. cuſtodia* 7. 16. *dat.* 8. *Kal. Maj. Conſtantinop. Varanā V. Conſule, & l. qui fiſcales* 7. C. *de Navicular. lib.* 11. *l.* 32. C. *Th. eod. tit.*

Digitized by Google

*tit.*13,5. Hiſtoria bipartita, ita de hâc re loquitur *lib.*11.*cap.* 1. Arcadio Imperatore defunctо, Honorius quidem (illius Frater) regebat Heſperias: Orientales autem provinciæ manebant ſub ditione Theodoſii Junioris: Anthemio præfecto omnia diſponente &c. *Johannem* autem noſtrum Italiæ præfuiſſe, argumento eſt *l.*7. C.T*h. de indulgentiis debitor.* 11. 28. *ibi Campania, Tuſcia, Piceno, Samnio, Apulia,* Ca*labria, ſed & Brutiis & Hyrcania &c. Anno* 412.*h.e.Honor.IX.* (*ſic enim legendum*) T*heodoſ.V.conſule; nominatur Seleucus P.P. in l. hàc definitione.*12.C.*de om. agr. deſerto* 11, 58. An autem is idem fuerit Johannes quem Attalus Ordinibus Imperii præfecit. *apud Sozom. lib.*9.*hiſtor. Eccleſiaſtica cap.*8. ambigo ſubdubitoque.

IV.

Subſcriptio indicat Locum & Tempus: (Nam & haſce circumſtantias; nempe negotii conditionem plenius interdum declarantes *argum.l.triticum.*94. *l.ita* 115.*p. Inſulam de V.O.l.*20.*de contrah. Emt.* W*eſemb. in* Com.C.*de reb. cred.n.* 88. *& ſeqq.* haut temerè negligēdas eſſe arbitramur) Locus unde reſcriptum hoc emanavit, eſt Ravenna, quondam caput exarchatus, ubi Honorius, relictâ Româ, ſedem ac domicilium fixerat *Sigon. lib.*3. *de regn. Italia, ſub Aiſtulfo pag.*75. Unde conjicere licet, Honorium præcipuum huius legis Auctorē eſſe: Theodoſium enim potiſſimum Orientem tuebatur. *Baron. in Anno* 410.*p.*325.*n.*13. Atq; inde eſt, quod *in l.*1. *inter Novell. Valentiniani tit.* 4. *de teſtam.* Auctoritas huius juris uni Imperatori, Honorio ſcilicet, (*ut poſtea cap.* 6.*dicemus*) tranſcribitur, *ibi: Divus avunculus noſter &c.* Quæ tamen in progreſſu illius Conſtitutionis iterum duobus principibus aſſignatur, *ibi. Sicut etiam principum ſtatuta declarant &c.*

V.

Datæ ſunt reſcripti Tabulæ ac ſignatæ 12.*Kal. Martii, poſt Conſulatum Honorii* 8. *& Theodoſii* 3. Nam ita legendum

Digitized by Google

non ut in Edit. Anno 1619. in quarta formâ procurata: *Theodoſio V.* ubi etiam inſigni typorum errore, annus ſubnotatur 499. præ 409. quem ſupponunt *l. 10. C. de Epiſcop. audient l. 2. C. ut intr. cert. tempus crim. quæſt. term.* & plures alii textus coætanei. Veruntamen, quia non ipſe annus geſti conſulatus ab his Principibus, ſed ſequens hîc notatur, in verbis, *poſt Conſulatum*, putarim intelligendum eſſe 410 qui in faſtis Conſulatui Varanæ adſcribitur *Cuſpinian. in hoc anno juxta calculum Hieronymi Vecchietti Florentini, eſt annus* 413) Quanquam enim Attalus invaſor, Romæ Tertullum d. ſignaſſet Conſulem *teſt. Zoſim. lib. 6*, Eius tamen nomen è faſtis rejectum eſt, quòd Conſulatus iſte à tyranno ſpuriè eſſet collatus, *aiente Baron. in An.* C 410. Et hæc fortè cauſſa fuerit cur annus hic eodem modo ſignatus ſit, quo Juſtiniani 30. *poſt Conſulatum Lampadii & Oreſtis*, licet in libris quoq; noſtris Varanæ Conſulatus huic anno deſignando adhibeatur. *ut in l. 1 in. C. Th. de indulgent. crimin.* 9. 38 *ibi dat. prid. id. Februar. Ravenna, Varana Conſul l.* 34. C. *Th. & l. ult. C. de Navicular. l. ult* C. *de infirm. pœn cælibat. l.* 1 C. *de jure liber. ac locis aliis, quæ in Chronologia conſtitutionum Theodoſiani Codicis ſub hoc anno referuntur: qui utroq; hoc nomine & (conſulatus Varanæ & poſt conſulatum horum Impp) inſcribitur.* Ergò peccavit Labittus, dum in Indice ſuo tam nobilem conſtitutionem ſub hoc anno omiſit. Gutherius quoque hinc convincitur nimis audacter aſſeruiſſe, quaſi primùm temporibus Juſtiniani acciderit, ut reſcripta poſt conſulatum ſignarentur. *lib. 1. de offic. dom. Auguſtæ. c. 36.*

VI.

Cæterum ex iſta inquiſitione Chronologica, (ne illa cuipiam otioſa eſſe videatur) reſcripti huius ac conſtitutionis cauſſa *Procatarctica* evidenter colligitur. Cum enim afflictiſſimus eſſet Reipublicæ ſtatus, adeò ut ipſe Imp. Honorius obſidionem Ravennæ metuens, illi avertendæ Attalo Imperii

perii conſortium deferret: *ut ex Sozom. & Zoſimo refert Baron. d. A* C. 410. §. 5. & 6. relaxandæ fuerunt amplius teſtamentorum ſolennitates, quemadmodum & aliæ legum ſubtilitates atque ambages. *l. ult.* C. *de infirm pæn. cælib. l.* 1. C. *de jur. liber. l. ult.* C. *de poſtlim. reverſ.* Atque ut jam olim militibus, ob ea quæ ſuſtinent pericula, liberior voluntatis teſtatio permiſſa fuit: Sic cæteris quoque civibus facilior teſtandi ratio fuit indulta. *hac l.* 19. *ibi: Omnibus enim præſtandam eſſe cenſemus.* Cum enim gratia quoq; perſonarum movere potuerit principes ut in ſimilibus cauſis non nihil de rigore & ſubtilitate juris remitterent. §. 1. *ibi. D. Auguſtus ſemel iterumq; gratiâ perſonarum motus* l. *de Fideicom. heredit. l.* 1. *de teſtam. mil.* multò fortius impelli debuerunt communi civium utilitate, ac pene neceſſitate *pr. l. de Codicillis, ibi: quod diceret, utiliſſimum & neceſſarium hoc civibus eſſe.* Adde Newe Lands-Ordnung deß Königreichs Böhmen O. 112. & alia loca citata in *conſil. Bergkhiano à Dn. Præſide ſcripto rat. decid.* 1. *fac. l.* 1. *Novell. Valent. tit. de teſtam. princ. ibi: jam dudum quidem D. Avunculus noſter teſtamentorum compendia generali lege complexus, formulam juris antiqui, & inanem verborum conquiſitionem, non neceſſariam judicavit, validiſſimam ſtatuens voluntatem, cùm de noſtris altaribus conjuges petunt, ut decedenti priori ſuccedat ſuperſtes. conf. infra c.* 6. §. 5. & 6.

CAPUT II.

Terminorum huiuſce Conſtitutionis explicationem enarrans.

SUMMARIA.

1. *Quid ſit* mera fide *preces principi offerre.*
2. *Qui & quales viri intelligantur* per Nobiles & probatas perſonas.

3. Quo-

3. *Quomodo* Teſtamentum *dicatur* conſcientiam principis tenere.

4. *Itemq; Teſtator*, actis publicare poſtremum mentis ſuæ judicium.

5. *Aut* auribus privatorum:

6. Tractare, *abſolutè poſitum, quid in h.l ſignificet.*

7. *Quid verba?* nobis mediis *deſignent.*

8. *Itemq; illa:* toto jure, quod in noſtris ſcriniis eſt, teſte.

9. *Quorum expoſitio vulgaris, putatur canoniſata* in cap.1. de Conſtit. in VI.

10. *Cui alia verior hic ſubſtituitur.*

11. *(Cum ſenſu genuino)*

12. *Ut tamen alteram illam hinc elici poſſe, non negetur.*

13. *Porro in verbis ſeqq. notatur figurata dictio.*

14. *Doceturq; quomodo remedium b.p. hic excludatur.*

15. *Itemq; cuius rei* probatio *exigatur.*

16. *Et quæ* nocumenta *in fine legis indigitentur.*

Subjun-

Digitized by Google

I.

SUbjungamus nunc terminorum & phraſium explicationem: quam ſtylus horum Imperatorum, ad Aſiaticam vergens luxuriam, imprimis depoſcit. Ac initio occurrit illa phraſis: *Teſtamentum inſertum mera ſide precibus*. Intelligunt autem Impp. Voluntatem ultimam, inſertam libello ſupplici, vel ſupplicationi, ſinceriter, ſeu ſincerâ fide: *per. not. à Goth ſr. h.* ſine calliditate, fraude *l. 9. C. de pact. l. 5. §. 3. de auct. tut.* & ſubreptione. *l. 2. C. ſi contr. jus vel util. publ. vel per mendacium aliquid poſtulatum vel impetratum ſit.* Mendax enim precator penitus carere debet impetratis. *l. & ſi legibus. 5. C. d. t. cap. 10. Extr. de Reſcript. Menoch. de A. I. Q caſ. 314. n. 5. & conſil. 1, n. 399.* Accuratiùs intuentibus verba (*merâ ſide*) videbuntur referenda, ad fiduciam teſtantis, qui nempe poſt habitis, vel etiam formidatis teſtimoniorum aliorum atque ſolennitatũ Teſtamentariarum ambagibus, *exemplo d. l. Lucius. 88. §. ult. ibi. Scripſi hoc Teſtamentum meum, ſine ullo Juriſperito, rationem animi mei potiùs ſequutus quàm nimiam & miſeram diligentiam. Et ſi minùs aliquid legitimè minusve perite fecero, pro jure legitimo debet haberi hominis ſani voluntas. de Legat. 2.* ſimplici fide nitatur; fore ſperans, ut voluntas ſua qualiſcunque, autoritate Principali confirmetur, eoque ipſo ſecurus de ſucceſſore reddatur. *l. 1. de pact. l. 20. C. de tranſact. l. 5 §. poſt competentem de peric. & comm. rei vend.* Cui fiduciæ reſpondet Imperatorum promiſſio, quâ & taſtatorem & heredem volunt jubentque eſſe ſecurum, *in verbb. ſeqq.* & ſtabile eſſe quod fecerit teſtamentum. *verſ. omnibus.* Utiq; Donelli traditio *ad l. 19. h. n. 1.* nullatenus fidem aut aſſenſum meretur, qui verba, *teſtamentum precibus mera ſide inſerere,* ſic explicat, q. e. ſit; certa & indubitata probatione: Siquidem in hoc pr. de conſtitutione, in fine autem legis demum de probatione agitur: uti ex analyſi noſtra luculentius patebit.

II.

Per Nobiles & probatas perſonas, Dn. D. Finckelthuſ. in *prælectionibus* (*quas manu Dn. Tobiæ Taboris, U. J. L.p. m. ſcriptas, ſæpiuſculè conferendas & notandas, Dn. Præſes mihi communicavit*) Conſiſtorianos Principis intelligit. Quamvis autem non diffiteamur, iis vel maximè hoc elogium competere, & teſtamenta, in hoc conſeſſu oblata, imprimis fidem mereri; *vid. Guther. lib. 1. de offic. dom. Auguſt. cap.* 17. Verborum tamen generalitas, generaliorem etiam ſenſum admittit; imò expoſcit ut alii quoque principis paraſtatæ intelligantur. Sufficit enim, meo judicio, Principi libellum obtuliſſe, vel extra Conſiſtorium, de plano, *arg. l.* 9. *§. de plano.* 3. *de offic. proconſ. l.* 11. *§. Sexaginta.* 6. *de adulter. l.* 6. *&* 7. *de manum vindict.* (Ubi enim plena ſolennitas non exigitur; ibi nec opus eſt tribunali aut conſeſſu ordinario. Sed de plano & ſummaria cognitione omnia expediuntur. *d. l.* 11 *§.* 6. *M. Stephani in explicat. Novel.* 82. *n.* 2.) Tùm verò Conſiliarii & Aſſeſſores ſupremi Senatûs præſtò non ſunt, *l. qui ducatum.* 28. *ibi Sacri Conſiſtorii noſtri arcanis intereſſe meruerunt. C. Th. de prætoribus & Quæſtoribus. lib.* 6. *tit.* 4. *l.* 7. *ibi conſiſtorii ſecreta. C. Th de privileg. eorum.* Aliarum tamen Nobilium perſonarum præſentia, quæ Principis latus ſtipare ſolent, majorem actui fidem conciliat *l. un.* C. *de præpoſ. lab. l.* 1. C. *de domeſtic. l. ult. C. de Excuſat. tut. Chaſſan. in Catalog. glor. mund. pag.* 8. *conſid.* 19. *Nevizan lib.* 5. *comm. opin. n.* 37. *conſ. inf. cap.* 6.

III.

Conſcientiam Principis tenere h. loc. teſtamentum, dicitur illud, quod Principi innotuit. Conſcientiâ, pro communicata ſcientiâ, ſeu notitia rei, hic uſurpata; *perinde, ut in l.* 1. *§. ſi quis in villa.* 30. *ibi, Qui cõſcientiâ cædis attingi videbatur. de SC. Silan. l.* 2. *ibi. Ex conſcientia relicti fideicommiſſi.* C. *de fideicom. c. cum dilecta.* 22. *Extr. de Reſcript.* verboque *tenere* occupationem *arg. l. quæſtio eſt.* 115. *verſ. fundus. de V. S.* vel poſſeſ-

ſionem

ſionem denotante, *arg. l. officium. 9. de rei vind.* Aſſumere alios in conſcientiam factorum, *apud Tacit.* 13. *Annal.* 12. *& alibi* legitur. Liberiore etiam ſtylo dixit Conſtantinus, *in l. omnus. 2. de Epiſc. & Cler.* Mercaturam honeſtati conſciam: pro qua voce legerem: conſonam aut congruam: niſi idem vocabulum, *tùm in l.* 14. C. *Th. de Epiſc. & Cler tùm in* Cod. *Obrechtiano*, aliiſque MSS. extaret.

IV.

Actis publicare poſtremum mentis ſuæ judicium: eſt apud acta teſtari. *l. Sancimus.* 27. *verb. vel inter acta manifeſtaverit.* C. *de teſtam.* Acta autem judicii ſeu municipum, id eſt, Gerichts oder Rahts Acta, generaliter judicantur, ubi aliquid fit autoritate judicis quocunque in loco etiam extra judicium *l. an apud ſe.* 5. *de Manum. vindict. Iaſon. in l. is apud quem.* 2. C. *de edend. n.* 4. *Weſemb. in parat. Qui teſtam. fac. poſſ. n.* 10. Quod maximè procedit in his, quæ ſunt voluntariæ jurisdictionis, ut eſt factio teſtamenti: *Finckelthuſ in d. prælect. Weſembec. conſil.* 28. *quæſt.* 2. *n* 24. *Schurf. conſil* 71. *n.* 1. *& ſeqq.* Non enim requirit Lex, ut teſtamentum fiat in loco judicii: ſed præſentiam & conſcientiam judicis tantùm deſiderat An & Scabinorum? Ita colligit Dn. Finchelthuſ. *obſerv.* 6. Quem refutat Dn Carpzov. *lib.* 6. *reſponſ.* 12. Cui favent verba huius textus: *Acta judicii* Alii diſtinguũt: Utrum teſtamentum tale inſinuetur in loco judicii, vel extra illum veluti in domo mortuaria. Ut ibi ſufficiat, Notarium judicii ſuſcipere ultimam Voluntatem in præſentia Judicis: *c quoniam* 11. *de prob. at Reuſner. volum.* 2 *de teſtam part.* 4 *cap.* 19. *n* 10. Hic autem Aſſeſſor etiam unus vel alter requiratur, *per doctrinam Burſati.* 3. *conſil.* 30. *ibi: judex dicitur intervenire, tanquam privatus, niſi ſedeat pro tribunali. Vul ei.* 1. *conſil Marpurg.* 34. *n.* 15. *Reuſner. d. loc. n.* 17. Dicam infra cap. 5. §. 7.

V.

Per aures privatorum: indicatur præſentia ſeptem teſtium: quemadmodum per aures Principis ipſius præſentia, conſcientia & teſtimonium, *verbis ſeqq.*

VI.

Verbum *Teſtare*: eſt in tractationem judicialem & controverſiam teſtamentum revocare. *Panciroll.* 1. *variar. lect. c.* 77. *p.* 151. *fac. l.* 4. *C. de ſumm. trinit. l.* 13. §. *ſi quis opus* 10. *de damn. inf. l.* 2. §. *tractari* 44. *ad SC. Tertull.*

VII.

Nobis mediis i. e. q. Imperatore mediante ſeu interveniente *fac. l. ult ibi: per mediam perſonam* C *ſi quis alteri vel ſibi.* Jam inde enim à Conſtantino, cœperunt Impp. plurali ſermone de ſe loqui. *vid. Panciroll. d. lib* 1. *variar. lect. cap.* 2. *pag.* 5. alio ſenſu aqud Tacitum vox *mediorum* ſumitur 4. *hiſtor.* 8. *n.* 7 *ibi*: Vicit pars, quæ ſortiri legatos malebat; etiam mediis patrum annitentibus retinere morem. Medios illos J. Cæſar interpretatus eſt, neutrius partis. *apud Sueton. in* C. *Iul. Caſ. cap.* 75.

VIII.

Et *toto jure*, quod *in* noſtris eſt *ſcriniis*, *teſte*: Non meretur relationem, nedum refutationem, explicatio Caſtrenſis ad hanc l. n. 4. Qui (ſcrinium) pro conſiliariis & adhærentibus, Synonymicè hîc accipit. Illa communior interpretatio, non eſt ſicco prætereunda pede; cum Bart. n. 2. Cyn. n 1. Caſtrenſ. n. 4. Janſon. n 3. & alii Dd. hæc verba ſic accipiunt, quaſi Imperator gloriando profeſſus eſſet, ſe omnia Jura in ſcrinio pectoris ſui condita habere. *D auth. h. num.* 5. Quod ne temere propoſuiſſe cenſeantur, variis ſolent commonſtrare argumentis. 1. Quia Imperator alibi etiam dicatur Philoſophiç plenus *l. cũ Silanianum.* 11. *C. de his quib. ut indign.* Unde etiam Divinus audiat, *in l. ult.* C. *de acq. poſſ.* Divus *in l. cum*

hi. 8.

Digitized by Google

[illegible] pr. & §. qui tranſigit. 12. de tranſact. & alibi paſſim. Item Sanctiſſimus. *l. Titia. 87. §. ult. de legat. 2. conf. Pancirol. d. l. 1. [illegible] lect. 2. p. 5. 2.* Quia in Imperatoris aula, viri degant præſtantiſſimi & Eruditiſſimi totius Orbis, per quorum ora loquatur Princeps. *Abb. in cap cum ex literis. n 4. verſ. Quinto nota. de reſtit. in integ,* Conrad *Lancel. in templ. omn. jud. lib. 1. cap. 1. § 3. num. 12. & 13. 3.* Hinc facultatem interpretandi, ſupplendi & corrigendi juris, ſi non ſoli, certè præcipuè tribuit, *l. ultim.* C. *de LL.*

IX.

Placuit hæc expoſitio etiam Pontificibus, atque adeò præcipuè etiam Bonifacio VIII. (Autori lib. 6. Decretal. Quem tamen falsè perſtringunt JCti Pontificii Galli; veluti Duaren. *in præfat lib 1. de Miniſter.* Cuiac. *ad lib 27. Pauli in l. 25. de N. G. ad l. 6.* C. *de appellat. & ad cap. 4. extr. de ſponſal. Platina & alij ap. Ioh. Lætum. comp. Hiſt. univerſ. p. 428.*) qui eandē ſententiam canoniſavit *in cap. 1. de conſtitutionib. in 6. ibi:* Romanus Pontifex jura omnia in ſcrinio ſui pectoris cenſetur habere. *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. § 4. proœm. n. 85.* Verum eam ſententiam nominatim taxat modò laudatus Duarenus, *in comment. ad tit. 47. lib. 2. C. ubi & ap. quem cognitio in integr. reſtitutionis agitanda ſit.* ſic ſcribens: Sed Gregorius, (ſic nominat præ Bonifacio,) fortè cum illa ſcribebat, [illegible] bona jura habebat in ſcrinio ventris ſui, ut accidit bonis [illegible] tibus, cum benè pranſi ſunt. Parum religioſius de hac ſententia ſentit cum allegatis, Tiraquellus: *de Nobilit. cap. [illegible]* ut noſtratibus id minus vitio vertendum ſit. *vid. [illegible] reſponſ 13. n. 81. Finckelthuſ. in dd. prælect. ubi ait: [illegible] Bonifacij [illegible] ridiculam eſſe: cum in ampliſſimo [illegible] porum Romanorum catalogo, major pars, nequitiæ & pra[illegible] atis inſignibus, non vulgaribus, fuerit nobilitata.* adde Bald. *in comment. ad cap. 1. extr. de confeſſis n. ult. cui Papæ quidem [illegible] Dd. Autoritate; ſed non ſcientia: Quia multi ſunt, inquit,*

fieri fabricatoribus arcæ Noæ, qui in eâ, per ſuam artem, ſalvari haut poterant. *VVilhelm Anton. de præſcript. morat. concluſ. 9. n. 8 lit. D.* Vel ſtatuis Mercurialibus, quæ aliis viā monſtrant, quam ipſæ ambulare nequeunt. *id. ibidem.*) Ut autem conatus noſter feliciter ſuccedat, DEUS Opt. Max. quem devotè adoramus & obteſtamur, velit faxitque.

III.

Ac evidentialium quidem, ut vocant, loco, inſpiciemus atque excutiemus, tùm inſcriptionem & ſubſcriptionem, (quæ autores legis, occaſionemque ac circumſtantias patefaciunt) tum ipſam terminorum difficiliorum interpretationem: his enim tanquam involucris, diſpoſitionis vis & nervus comprehenditur. Inſcriptio detegit & Auctores legis, ſive principes reſcribentes: & perſonam ad quam reſcribitur. *Reſcribentes* ſunt Impp. Honorius (Theodoſii Imp. filius) & Theodoſius (junior, nimirum Arcadii filius) patruus & ex Fratre Nepos, Imperii Conſortes: præcipuas tamen partes obtinente Honorio, *ut theſ. ſeq. & cap. 6. huius tractationis theſ. 5. monebimus.* *Recipiens* eſt Johannes præfectus Prætorio. Fuerunt ſub his Imperatoribus Præfecti prætor: plures, (numero jam à Conſtantino M. aucto *vid. Zoſim. lib. 2.*) quorum alii Orienti, alii Occidenti præerant: Et hîc tum Italiæ tum Galliæ. Hinc Reſcripta (Baſſo & Philippo Coſſ.) ad Theodorum directa leguntur *l. 20. & ſeqq. C. Th. de bon. proſcript. lib. 9. tit. 42. l. ult. C. de poſtlim. reverſ.* Et Honorio octavum, Theodoſio tertium Conſule, de Mathematicis ſuperſtitioſis, ad Cæcilianum præf. præt. reſcripsêre Impp. *in l. ult. C. Th. de maleſ. & Mathem. 9, 16. l. 10. C. de Epiſcop. audient. & alibi ſæpe.* Varana autem Conſule, emanavit *l. ult. C. Th. de indulg. crim.* ad Palladium p p. Anthemium Orienti præfuiſſe, cum poteſtate præfecti prætorio, docet *l 2. C. Th. de litor. & itiner. cuſtodia 7. 16. dat. 8. Kal. Maj. Conſtantinop. Varanâ V. Conſule, & l. qui fiſcales 7. C. de Navicular. lib. 11. l. 32. C. Th. eod. tit.*

Digitized by Google

*tit.*13,5. Hiſtoria bipartita, ita de hâc re loquitur *lib.*11.*cap.* 1. Arcadio Imperatore defuncto, Honorius quidem (illius Frater) regebat Heſperias: Orientales autem provinciæ manebant ſub ditione Theodoſii Junioris: Anthemio præfecto omnia diſponente &c. *Johannem* autem noſtrum Italiæ præfuiſſe, argumento eſt *l.*7. C. *Th. de indulgentiis debitor.* 11. 28. *ibi Campania, Tuſcia, Piceno, Samnio, Apulia, Calabria, ſed & Brutiis & Hyrcania &c. Anno* 412. *h.e. Honor. IX.* (*ſic enim legendum*) *Theodoſ.V.conſule; nominatur Seleucus P.P. in l. hàc definitione.*12.C.*de om. agr. deſerto* 11,58. An autem is idem fuerit Johannes quem Attalus Ordinibus Imperii præfecit. *apud Sozom. lib.*9. *hiſtor. Eccleſiaſtica cap.* 8. ambigo ſubdubitoque.

IV.

Subſcriptio indicat Locum & Tempus: (Nam & haſce circumſtantias; nempe negotii conditionem plenius interdum declarantes *argum. l. triticum.*94. *l. ita* 115. *p. Inſulam de V.O.l.*20. *de contrah. Emt.* Weſemb. *in Com.* C. *de reb. cred. n.* 88. *& ſeqq.* haut temerè negligēdas eſſe arbitramur) Locus unde reſcriptum hoc emanavit, eſt Ravenna, quondam caput exarchatus, ubi Honorius, relictâ Româ, ſedem ac domicilium fixerat *Sigon. lib.* 3. *de regn. Italia, ſub Aiſtulfo pag.* 75. Unde conjicere licet, Honorium præcipuum huius legis Auctorē eſſe: Theodoſium enim potiſſimum Orientem tuebatur. *Baron. in Anno* 410. *p.*325. *n.*13. Atq; inde eſt, quod *in l.*1. *inter Novell. Valentiniani tit.* 4. *de teſtam.* Auctoritas huius juris uni Imperatori, Honorio ſcilicet, (*ut poſtea cap.* 6. *dicemus*) tranſcribitur, *ibi: Divus avunculus noſter &c.* Quæ tamen in progreſſu illius Conſtitutionis iterum duobus principibus aſſignatur, *ibi. Sicut etiam principum ſtatuta declarant &c.*

V.

Datæ ſunt reſcripti Tabulæ ac ſignatæ 12. *Kal. Martii, poſt Conſulatum Honorii* 8. *& Theodoſii* 3. Nam ita legendum

Digitized by Google

perii conſortium deferret: *ut ex Sozom. & Zoſimo refert Baron. d. A C. 410. §. 5. & 6.* relaxandæ fuerunt amplius teſtamentorum ſolennitates, quemadmodum & aliæ legum ſubtilitates atque ambages. *L. ult. C. de infirm pœn. cælib. l. 1. C. de jur. liber. l. ult. C. de poſtlim. reverſ.* Atque ut jam olim militibus, ob ea quæ ſuſtinent pericula, liberior voluntatis teſtatio permiſſa fuit: Sic cæteris quoque civibus facilior teſtandi ratio fuit indulta. *hac l. 19. ibi: Omnibus enim præſtandam eſſe cenſemus.* Cum enim gratia quoq; perſonarum movere potuerit principes ut in ſimilibus cauſis non nihil de rigore & ſubtilitate juris remitterent. *§. 1. ibi. D. Auguſtus ſemel iterumq; gratiâ perſonarum motus* l. *de Fideicom. heredit. l. 1. de teſtam. mil.* multò fortius impelli debuerunt communi civium utilitate, ac pene neceſſitate *pr. l. de Codicillis, ibi: quod diceret, utiliſſimum & neceſſarium hoc civibus eſſe.* Adde Newe Lands-Ordnung deß Königreichs Böhmen O. 112. & alia loca citata in *conſil. Bergkhiano à Dn. Præſide ſcripto rat. decid. 1. fac. l. 1. Novell. Valent. tit. de teſtam. princ. ibi: jam dudum quidem D. Avunculus noſter teſtamentorum compendia generali lege complexus, formulam juris antiqui, & inanem verborum conquiſitionem, non neceſſariam judicavit, validiſſimam ſtatuens voluntatem, cùm de noſtris altaribus conjuges petunt, ut decedenti priori ſuccedat ſuperſtes. conf. infra c. 6. §. 5. & 6.*

CAPUT II.

Terminorum huiuſce Conſtitutionis explicationem enarrans.

SUMMARIA.

1. *Quid ſit* mera fide *preces principi offerre.*
2. *Qui & quales viri intelligantur* per Nobiles & probatas perſonas.

3. Quo-

3. *Quomodo* Teſtamentum *dicatur* conſcientiam principis tenere.

4. *Itemq́ Teſtator*, actis publicare poſtremum mentis ſuæ judicium.

5. *Aut* auribus privatorum:

6. Tractare, *abſolutè poſitum, quid in h.l ſignificet.*

7. *Quid verba?* nobis mediis *deſignent.*

8. *Itemq́ illa:* toto jure, quod in noſtris ſcriniis eſt, teſte.

9. *Quorum expoſitio vulgaris, putatur canoniſata* in cap.1.de Conſtit.in VI.

10. *Cui alia verior hic ſubſtituitur.*

11. *(Cum ſenſu genuino)*

12. *Ut tamen alteram illam hinc elici poſſe, non negetur.*

13. *Porro in verbis ſeqq. notatur figurata dictio.*

14. *Doceturq́, quomodo remedium b.p. hic excludatur.*

15. *Itemq́ cuius rei* probatio *exigatur.*

16. *Et quæ* nocumenta *in fine legis indigitentur.*

Subjun-

Digitized by Google

I.

SUbjungamus nunc terminorum & phraſium explicationem: quam ſtylus horum Imperatorum, ad Aſiaticam vergens luxuriam, imprimis depoſcit. Ac initio occurrit illa phraſis: *Teſtamentum inſertum mera fide precibus*. Intelligunt autem Impp. Voluntatem ultimam, inſertam libello ſupplici, vel ſupplicationi, ſinceriter, ſeu ſincerâ fide: *per. not. à Gothofr. h.* ſine calliditate, fraude *l. 9. C. de pact. l. 5. §. 3. de auct. tut.* & ſubreptione. *l. 2. C. ſi contr. jus vel util. publ. vel per mendacium aliquid poſtulatum vel impetratum ſit.* Mendax enim precator penitus carere debet impetratis. *l. & ſi legibus. 5. C. d. t. cap. 10. Extr. de Reſcript. Menoch. de A. I. Q caſ. 314. n. 5. & conſil. 1. n. 399.* Accuratiùs intuentibus verba (*merâ fide*) videbuntur referenda, ad fiduciam teſtantis, qui nempe poſt habitis, vel etiam formidatis teſtimoniorum aliorum atque ſolennitatũ Teſtamentariarum ambagibus, *exemplo d. l. Lucius. 88. §. ult. ibi. Scripſi hoc Teſtamentum meum, ſine ullo Juriſperito, rationem animi mei potiùs ſequutus quàm nimiam & miſeram diligentiam. Et ſi minùs aliquid legitimè minusve peritè fecero, pro jure legitimo debet haberi hominis ſani voluntas, de Legat. 2.* ſimplici fide nitatur; fore ſperans, ut voluntas ſua qualiſcunque, autoritate Principali confirmetur, eoque ipſo ſecurus de ſucceſſore reddatur. *l. 1. de pact. l. 20. C. de tranſact. l. 5. §. poſt competentem de peric. & comm. rei vend.* Cui fiduciæ reſpondet Imperatorum promiſſio, quâ & taſtatorem & heredem volunt jubentque eſſe ſecurum, *in verbb. ſeqq.* & ſtabile eſſe quod fecerit teſtamentum. *verſ. omnibus.* Utiq; Donelli traditio *ad l. 19. h. n. 1.* nullatenus fidem aut aſſenſum meretur, qui verba, *teſtamentum precibus mera fide inſerere,* ſic explicat, q. e. ſit; certa & indubitata probatione: Siquidem in hoc pr. de conſtitutione, in fine autem legis demum de probatione agitur: uti ex analyſi noſtra luculentius patebit.

II.

Per Nobiles & probatas perſonas, Dn. D. Finckelthuſ, in *prælectionibus (quas manu Dn. Tobiæ Taboris, U. J. L.p. m. ſcriptas, ſæpiuſculè conferendas & notandas, Dn. Præſes mihi communicavit)* Conſiſtorianos Principis intelligit. Quamvis autem non diffiteamur, iis vel maximè hoc elogium competere, & teſtamenta, in hoc conſeſſu oblata, imprimis fidem mereri; *vid. Guther. lib. 1. de offic. dom. Auguſt. cap. 17.* Verborum tamen generalitas, generaliorem etiam ſenſum admittit; imò expoſcit ut alii quoque principis paraſtatæ intelligantur. Sufficit enim, meo judicio, Principi libellum obtuliſſe, vel extra Conſiſtorium, de plano, *arg. l. 9. §. de plano. 3. de offic. proconſ. l. 11. §. Sexaginta. 6. de adulter. l. 6. & 7. de manum vindict.* (Ubi enim plena ſolennitas non exigitur; ibi nec opus eſt tribunali aut conſeſſu ordinario. Sed de plano & ſummaria cognitione omnia expediuntur. *d. l. 11 §. 6. M. Stephani in explicat. Novel. 82. n. 2.)* Tùm verò Conſiliarii & Aſſeſſores ſupremi Senatûs præſtò non ſunt. *l. qui ducatum. 28. ibi Sacri Conſiſtorii noſtri arcanis intereſſe meruerunt.* C. *Th. de prætoribus & Quæſtoribus. lib. 6. tit. 4. l. 7. ibi conſiſtorii ſecreta.* C. *Th de privileg. eorum.* Aliarum tamen Nobilium perſonarum præſentia, quæ Principis latus ſtipare ſolent, majorem actui fidem conciliat *l. un.* C. *de præpoſ. lab. l. 1.* C. *de domeſtic. l. ult. C. de Excuſat. tut. Chaſſan. in Catalog. glor. mund. pag. 8. conſid. 19. Nevizan lib. 5. comm. opin. n. 37. conſ. inf. cap. 6.*

III.

Conſcientiam Principis tenere h. loc. teſtamentum, dicitur illud, quod Principi innotuit. Conſcientiâ, pro communicata ſcientia, ſeu notitia rei hic uſurpata; *perinde, ut in l. 1. §. ſi quis in villa. 30. ibi, Qui cõſcientiâ cædis attingi videbatur. de* SC. *Silan. l. 2. ibi. Ex conſcientia relicti fideicommiſſi.* C. *de fideicom. c. cum dilecta. 22. Extr. de Reſcript.* verboque *tenere* occupationem *arg. l. quæſtio eſt. 115. verſ. fundus. de V. S.* vel poſſeſ-

ſionem

ſionem denotante, *arg. l. officium. 9. de rei vind.* Aſſumere alios in conſcientiam factorum, *apud Tacit.* 13. *Annal.* 12. *& alibi* legitur. Liberiore etiam ſtylo dixit Conſtantinus, *in l. omnis. 2. de Epiſc. & Cler.* Mercaturam honeſtati conſciam: pro qua voce legerem: conſonam aut congruam: niſi idem vocabulum, *tùm in l.* 14. C. *Th. de Epiſc. &* Cler *tùm in* Cod. *Obrechtiano*, aliiſque MSS. extaret.

IV.

Actis publicare poſtremum mentis ſuæ judicium: eſt apud acta teſtari. *l. Sancimus. 27. verb. vel inter acta manifeſtaverit.* C. *de teſtam.* Acta autem judicii ſeu municipum, id eſt, Gerichts oder Rahts Acta, generaliter judicantur, ubi aliquid fit autoritate judicis quocunque in loco etiam extra judicium *l. an apud ſe. 5. de Manum. vindict. Iaſon. in l. is apud quem.* 2. C. *de edend. n.* 4. *Weſemb. in parat. Qui teſtam. fac. poſſ. n.* 10. Quod maximè procedit in his, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, ut eſt factio teſtamenti: *Finckelthuſ in d. prælect. Weſembec. conſil.* 28. *quæſt.* 2. *n* 24. *Schurf. conſil* 71. *n.* 1. *& ſeqq.* Non enim requirit Lex, ut teſtamentum fiat in loco judicii: ſed præſentiam & conſcientiam judicis tantùm deſiderat An & Scabinorum? Ita colligit Dn. Finchelthuſ. *obſerv.* 6. Quem refutat Dn Carpzov. *lib.* 6. *reſponſ.* 12. Cui favent verba huius textus: *Acta judicii* Alii diſtinguūt: Utrum teſtamentum tale inſinuetur in loco judicii, vel extra illum veluti in domo mortuaria. Ut ibi ſufficiat, Notarium judicii ſuſcipere ultimam Voluntatem in præſentia Judicis: *c quoniam* 11. *de prob. at Reuſner. volum.* 2 *de teſtam part.* 4 *cap.* 19. *n* 10. Hic autem Aſſeſſor etiam unus vel alter requiratur, *per doctrinam Burſati.* 3. *conſil.* 30: *ibi: judex dicitur intervenire, tanquam privatus, niſi ſedeat pro tribunali. Vul ci.* 1. *conſil Marpurg.* 34. *n.* 15. *Reuſner. d. loc. n.* 17. Dicam infra cap. 5. §. 7.

[illegible] pr. & §. qui transſigit. 12. de tranſact. & alibi paſſim. Item Sanctiſſimus. *l. Titia. 87. §. ult. de legat. 2. conf. Pancirol. d. l. 1. variar. lect. 2. p. 5. 2.* Quia in Imperatoris aula, viri degant præſtantiſſimi & Eruditiſſimi totius Orbis, per quorum ora loquatur Princeps. *Abb. in cap. cum ex literis. n. 4. verſ. Quinto nota. de reſtit. in integ. Conrad Lancel. in templ. omn. jud. lib. 1. cap. 1. § 3. num. 12. & 13. 2.* Hinc facultatem interpretandi, ſupplendi & corrigendi juris, ſi non ſoli, certè præcipuè tribui, *l. ultim. C. de LL.*

IX.

Placuit hæc expoſitio etiam Pontificibus, atque adeò præcipuè etiam Bonifacio VIII. (Autori lib. 6. Decretal. Quem tamen falsè perſtringunt JCti Pontificii Galli; veluti Duaren. *in præfat. lib. 1. de Miniſter.* Cujac. *ad lib. 27. Pauli in l. 21. de N. G. ad l. 6. C. de appellat. & ad cap. 4. extr. de ſponſal. Platina & alij ap. Ioh. Lætum. comp. Hiſt. univerſ. p. 428.*) qui eandē ſententiam canoniſavit *in cap. 1. de conſtitutionib. in 6. ibi:* Romanus Pontifex jura omnia in ſcrinio ſui pectoris cenſetur habere. *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. § 4. proœm. n. 85.* Verum eam ſententiam nominatim taxat modò laudatus Duarenus. *in comment. ad tit. 47. lib. 2. C. ubi & ap. quem cognitio in integr. reſtitutionis agitanda ſit.* ſic ſcribens: Sed Gregorius, (quem nominat præ Bonifacio,) fortè cum illa ſcribebat, [illegible] bona jura habebat in ſcrinio ventris ſui, ut accidit bonis patribus, cum benè pranſi ſunt. Parum religioſius de hac ſententia ſentit cum allegatis, Tiraquellus: *de Nobilit. cap. [illegible].* ut noſtratibus id minus vitio vertendum ſit. *vid. [illegible] reſponſ. 13. n. 81. Finckelthuſ. in dd. prælect. ubi ait: [illegible] Bonifacij [illegible] ridiculam eſſe: cum in ampliſſimo Epiſcoporum Romanorum [illegible] major pars, nequitiæ & pravitatis inſignibus, non vulgaribus, fuerit nobilitata.* adde Bald. *in comment. ad cap. 1. extr. de confeſſis n. ult. cui Papæ quidem ſunt Dd. Autoritate; ſed non ſcientia: Quia multi ſunt, inquit,*

qui jus Civile ignorant. Alfonſ. à Caſtro, Minorita, *palam conſitere, ait, plures Pontifices adeò illiteratos eſſe, ut Grammaticam penitùs ignorent. lib. 1. adverſ. hæret. cap. 4 & quos alios citat D. Calixt. in reſponſ. Moguntin. oppoſito th. 10 partu primæ.* Simile quid de ſummis principibus extulit Cynus ad hanc l. 1. quod nec referre quidem ſuſtinemus.

X.

Ut autem fatemur Scriniorum vocabulum hîc alio, quàm vulgò putatur, ſignificatu uſurpari ita pronunciatum tum ipſum non uſque abſurdum videbitur. Nam quod illud attinet: textus noſter non nominat *Scrinia pectoris*; ſed *ſcrinia* abſolute. Hæc in jure varia occurrunt, quatenus vel ad Principem vel ad Magiſtratus referuntur. Priore reſpectu, leges ſcrinia plura nominant *l. comparat. 20. C. de fide inſtrum.* veluti Memoriæ, libellorum, diſpoſitionum, epiſtolarum *l. ult. C. de Decurionib. l. 1. C. de proxim ſacr Scrin. & quæ alia loca alegat. Briſſon lib. 1. de V S. hac voce, adde l. ult. pr. & § 1. C. eod. ubi omnium clariſſimè hæ ſpecies deſignantur.* Poſteriore ſenſu etiam plura memorantur Eſt enim aliud publicum præf prætorii ſcrinium: aliud Largitionum rerum privatarum *Guther lib. 2. de offic. dom. Auguſt cap. 10. fin* Præf prætorii ſcrinia iterum in quatuor claſſes fuere attributa, *ut late explicat. Guther d. loc. cap. 12* quæ omnia hic examinare, noſtri non eſt inſtituti. Sufficiat dixiſſe ex iſta ſcriniorum varietate h. loc. principalia intelligi: Moris enim erat [illegible] Cujac. in præfat. parat Codicis) ut populi leges Ita generaliter Conſtitutiones Impp ne dicam Reſcripta, *l ſacri affatus C. de divers reſcript* pugillaribus ſcribi cujusque materiæ chartaceis, ligneis, æneis vel eburneis, atque ita ſervari ſingulas vel univerſas in unum corpus collectas, in ſcriniis memoriæ & diſpoſitionum. Hinc Impp. in h. l. 19. ſcribunt jus in ſuis ſcriniis eſſe conſtitutum: Quemadmodum ad Trajanum Plinius: 10. *Epiſt.* 71. *f.* Edicta Impp. vera & emendata

data

data in ſcriniis eſſe Trajani, *Fl. Vopiſ. in Aureliano*; *Et Theod. ſ. in confirmat. ſui Codicis*, cum Codicem refert haberi in Sacris ſcriniis *add. Donell. ad hanc l. n. 3. & ſeqq. & lib. 6. Comment. 6. ubi Hillig. lit. C.*

XI.

Senſus igitur huis loci genuinus eſt: Cum ſcrinia Principis ad hoc deſtinata ſint, uti non ſolum ſupplicationes, Principi oblatas, cuſtodiant: *unde Scriniorum memoriæ appellatio l. ult. C. de offic. Quæſt. l. ult. C. diverſ. reſcript.* Sed & diſpoſitiones Principales, Reſcripta & Edicta contineant, quo pleniſſima his fides concilietur. *l. 5. & 6. C. de proxim. ſacr. ſcrin.* Ideò ſucceſſionem eam, quæ deferatur ex libello, Principis ſcriniis inſinuato, non eſſe vocandam in dubium. Cum toto jure in illis ſcriniis contento, ceu teſte nitatur: nec magis fides talium literarum in dubium revocari poſſit, quam ipſius juris. *conſ. inf. cap. 4. th. 1.*

XII.

Ex hac porrò ſententia non abſurdè elicitur, *ſaltem ſenſu nomologico:* Principem eſſe juris Scientiſſimum. Cum enim Princeps juris ſit ſtudioſiſſimus, imò interpres & conſervator: *d. l. ult. C. de LL.* cum totum jus in ſcriniis ſuis habeat, rectè peritia juris exquiſitiſſima ipſi aſſignatur, *proœm. Inſtit. Princip. Novel. 24. & 25.* Et cum Patritio & nobili probroſum ſit, jus ignorare *l. 2. § 43. de O. I.* Quantò magis Principi, tot JCtis, tot libris Legum, ſtipato? Qui erubeſcat ſine Lege loqui: *Novel. 1. præf. Nov. 1x cap. 5. Nov. 61. præfat. & Novel. 108. præfat. l. ult. §. 6. C. de Epiſc. audient.* hoc eſt aliud reſcribere, quam quod ad jus conſtituendum, inducendum aut interpretandum, conducat. *l. 2. ibi. quæ ad jus referebuntur. C. de diverſ. reſcript.* Planiſſima autem eſt Pontificis oppoſitio, *in d. c. 1. de Conſtit. in 6.* inter jus & factum. Licet enim Pontificem deceat, & præſumendum ſit ex dictis cau-

cauſis jus noſſe: nec minus illud habere in ſcrinio pectoris, quàm in ſcriniis ſcriniorum: ut adeò novum jus conſtituens, prius videatur revocaſſe & aboleviſſe. Secùs tamen eſt in notitia ſtatutorum, quæ, cum ſint facti, etiam peritiſſimum juris fallere poſſunt *Zocſ. in ff. de probat. n. 2. Valaſc. conſil.* … *n.6.* Quomodo & JCti magis de jure olim quam de facto reſpondebant. *vid. Valent. Forſter lib.6. de ſucceſsion. c. 15. n. 2. fac. l. ſtipulatio iſta 38. §. hi qui ſunt 6. de verb. oblig. l. 3. § 1.* … *tu magis ſcire potes. de teſtibus.*

XIII.

Notari poſſet in verbis ſeqq. Exundantia ſermonis aut Enallage: vel etiam ὑπερβασις aut ὑπέρβατον. Cum enim in verſ. Ne quid: ſcripſiſſent Impp. (Ne quid ſanè prætermiſiſſe credamur: Hujuſmodi inſtitutionis ſucceſſoribus deſignatis omnia, quæ ſcriptis heredibus competunt,) poterant illicò ſubjicere verbum (tribuimus) At Impp. ut majore Emphaſi propenſam voluntatem ſuam declararent, maluerunt mutato caſu, denuò herdes iſtos nominare in verbis ſeqq. (jubemus eos habere) Verum hæc & alia, philologis excutienda relinquimus.

XIV.

In verſ. *Nec ſuper b. p.* Impp. de bonorum poſſeſſione per remotionem loquuntur, ſentiuntque, heredem non opus habere agnitione b p. Sed ſola aditione hereditatis dominium rerum hereditariarum acquirere. Ita enim hunc verſ. cum gl. Angelo, n. 5. Fulgoſio, n. 4. Alexandro, n. 6. Corneo, n. 19. Donello, n. 7. Finckelthuſio, *in prælect. verſ. dividi poteſt.* exaudimus: diverſis aliorum interpretationibus poſthabitis, quibus Gilkenius hîc perperam accenſet explicationem Caſtrenſis, h. n. 7. quæ omninò cum iſta convenit. Nec Cynus n. 5. (a Gilkenio) citatus,) diverſum ſentit: qui imò ad illum numerum tractationem non producit

[illegible] nec quiquam tale in univerſum prodit. Nec applaudere hic poſſumus optimo Magiſtro noſtro J. Cujacio, qui [illegible] verbis b. p. heredi planè denegari opinatur, hanc verſiculi [illegible] paraphraſin proponens: Etiamſi ſecundum eas preces, vel ſecundum eam formulam Teſtamenti,) Prætor non ſit daturus b.p. ſecundum Tabb. cum in eo deſint. 7. teſtium ſigna: Tamen Jure Civili, ex hac l. 19. licebit heredi ſcripto adire hereditatem, vel ſe pro herede gerere. Etenim cum Impp. vetuerint, heredi opponi ullam controverſiam, ſuper [illegible]tione b. p. Voluerunt utique illum & juſſerant, non attentâ hac dubitandi causâ, quam eo ipſo aboleverunt, tutò b. p. petere. Nec valdè obſtabat Imperatorum placito objecta dubitatio (quod ſeptem hic teſtium ſignacula deficiant:) Nam cum Imp. Gordianus, non attento ſignorum requiſitorum teſtium numero jam dudum acquieviſſet. *l. 2. C. de b. p. ſecund. tabb.* Principis autem præſentia in hoc teſtamento omnium teſtium fidem expleat, exſuperetque: Sic quoque requiſito Prætoris cenſebatur eſſe ſatisfactum. Planiſſime convincere poteſt Cujacii propugnatores, ipſa Valent. Novella, hactenus ſæpiùs laudata, quæ verſiculi huius peni[illegible]ſimam vim exprimit, & ſic habet: *Teſtatoris talis heres ex [illegible] D. Hadriani hereditaria corpora conſequetur, nec b.p. pe[illegible]tinebit neceſſitatem, quam generaliter omnibus rel[illegible].* Poſſet alioquin veritatis ſtudioſus aliquis, hunc [illegible] textu elicere, quem infra in ſynthetica dictorum collatione manifeſtabimus.

XV.

Extrema etiam Legis verba *in verſ. Nec inſtitutus heres [illegible]* Doctoribus plurimum faceſſunt negotii. *teſte Gilken. [illegible].* Cum enim de ratione probandi pleriq; ibi agi fatean[illegible]. Aliqui putant, ad probationem inſinuationis, duos *in [illegible]* teſtes requiri. *Bartol. h.n. 1. Caſtr. n. 2. & Alber. eod.* qui preces legerint & contenta didicerint; Sed Donel-

lus h. n. 6. rectè putat, ſententiam hanc & falſam & periculoſam eſſe: *Falſam*, cum repugnet principium legis: *periculoſam*: quod facile teſtes duo ſubornari queant, qui dicant: Tale quid Principi, per preces, inſinuatum eſſe. Itaque planè inverſum in modum ea verba explicat Finckelthuſius: Non eſſe ſcilicet neceſſarium, ut heres his precibus inſtitutus, pertimeſcat, cum obtineat probationem tàm idoneorum teſtium, eamque facilem & expeditam: quippe ipſum Imperatorem habens conſcium, teſtemque, cujus teſtimonium omni ſit exceptione majus: habeat etiam Conſiſtorii Aſſeſſores teſtes, totque Nobiles ac probatas perſonas. ¶ Atqui, ſic verba illa (ſecundum voluntatem) planè eſſent otioſa; vel potius aliena? & dicendum fuiſſet: probandam fore oblationem *voluntatis*, non autem oblationem factam, *ſecundum voluntatem*. Hinc ſanè fatebuntur, qui rectè adverterint verba illa (*oblatas preces ſecundum voluntatem*) aliquid amplius inſinuare, nempe caſum, quo non ipſe Teſtator in perſona preces obtulerit, ſed per alium: ut & hæc oblatio valeat, dummodò ex voluntate defuncti facta probetur idoneis teſtibus, & ei alia non noceant. *Barth. Epo. ad cap. cum eſſet* 10. *Extr. de Teſtam. n.* 2. *p.* 28. Nam ſi de Teſtatoris ipſius oblatione verba hæc accipere velis, ineptam conſtitues adjectionem, *ſecundum voluntatem defuncti*; Quis n. dubitet ſecundum ſuam Voluntatem quemque ſupplicare? Quod ſi explicatio illa nova, aut ſingularis cuipiam videbitur, veriſſima tamen ex analyſi noſtra *&. ſeq* apparebit. Et quos quæſo illud Teſtamentum ulterius teſtes deſideret, quod teſtem ipſum habet Principem, ejuſque paraſtatas ac ſcrinia: *Finckelthuſ. diſp.* 3. *de Teſtament. q.* 3. ubi rectè concludit ſuperfluum eſſe teſtimonium privatum, quando publica monumenta ſufficiunt. [illegible] Inſipida eſt etiam Caſtrenſis explicatio qui [illegible] probationem ad ipſum Principem refert, hoc ſenſu: probandum eſſe

eſſe heredi, hoc Teſtamentum à Principe eſſe inſinuatum (ſc. ſcriniis) cùm tamen inſinuatio hæc non æquè de neceſſitate requiratur, ac conſcientia & autoritas Principis.

XVI.

Sed, quænam hîc iterum nocumenta intelliguntur, in fine huius legis., *ibi. ſi ei alia nocere non poſſunt*, Dn. Finckelthus pronomen relativum, (ei) iterum ad heredem refert, hoc ſenſu: ſi ei, puta heredi, alia nocere non poſſunt veluti, ſi fortè non ſint præteriti à Teſtatore liberi, qui in poteſtate Teſtatoris fuerunt. Si n. poſthumus Teſtatoris, inquit, ejuſmodi teſtamento precibus inſerto, præteritus fuerit, deinde vivo teſtatore natus, eodem itidem vivo, iterum deceſſerit, ex hoc teſtamento hereditatem Jure Civili heres adire non poterit. *d. l. poſthumus 12. de injuſt. rupt.* (Ubi huic heredi tantùm relinquitur remedium b. p. ex jure prætorio ſecundum tabb. teſtamenti.) Hæc ille. Cæterum, ut relativum (Ei) ad heredem, (quàm ad voluntatem) commodius referri largimur: ita plura omnino nocumenta hîc ſubeſſe arbitramur: Ea quæ infrà, *cap. 6. th. 12. & ſeqq.* pleniùs indicabimus.

CAPUT III.

Analyſin textus dichotomicam delineans.

SUMMARIA.

De ſubiecto huius conſtitutionis proprio & adæquato: ſeu de quonam teſtamento Principes hi præcipuè diſponant.

Sequitur prædicatorum partitio; primum ex mente aliorum:

3. *Tum ex reſolutione noſtra; quæ teſtamen-mentum hoc conſiderat, ut conſtituendum, & ut conſtitutum.* Ut conſtituendum, *in requiſitis veris & eſſentialibus.*

4. *Remotis apparentibus,*

5. *& dubiis profligatis*

6. Ut conſtitutum: *in effectu tum primo*

7. *tum orto; reſp. teſtatoris;*

8. *& heredis: (ubi ſententia Reuſneri exami-natur.)*

9. *Deniq; de probatione.*

10. *Et contrariis huius ordinationis.*

I.

PRæmiſſis præmittendis, textum ipſum nunc aggredi-mur & reſolvemus. Non craſſiore illo modo, quo gl. & cæteri uti ſolent, textum in tot vel tot particulas ſecantes: Sed filo continuo, ut ſimul συζυγία membrorum ſingulorum inde eluceſcat.

Agunt autem Impp. de Teſtamento, Principi oblato, non de eo, quod Actis inſinuatur. Nam (1.) publicationem Teſtamenti apud Acta, jam longè antea fuiſſe receptam, patet vel ex ipſa l. præcedente, 18. C. de Teſtam. (2) De iſta Teſtamenti publicatione, non agitur in hac l. 19. diſpoſitivè, ſed tantum narrativè ac comparativè. (3) Alioqui dicendum eſſet, etiam Teſtamenti ſolennis ordinationem, quæ per ſeptem teſtes fit, hac demùm lege introductam. Denique (4) Conſtitutio Theod. & Valent. quæ multis poſtea annis, Ac-

tio

no & Symmacho Coſſ. circa an. Chriſti 440. emanavit, (&
hanc teſtandi facultatem, ad reciproca Conjugum elogia
extendit; eoq; utiliter ad legis huius explicationem adhibe-
tur, (eandem quoque argumentandi rationem continet; Ne-
que tamen inde quiſquam collegerit: illam teſtandi apud A-
cta rationem demùm à dictis Principibus junioribus intro-
ductam eſſe. Verba Conſtitutionis ſic habent; *ut inter No-
vellas Valentiniani, tit. 4. (qui eſt de teſtamentis,) l. 1. repræſen-
tantur*. Nam, cum liceat cunctis jure civili atque prætorio; li-
ceat per nuncupationem; liceat municipalibus geſtis judicia
ſuprema componere; procul dubio manebit firmior hæc
voluntas, quæ teſtimonio Principis & ſubſcriptione Condi-
toris firmatur.

II.

Cum itaque certi ſimus, principaliter & potiſſimùm de
teſtamento Principi oblato, in hac L. tractari: prædicata ſeu
ſuppoſitionem ipſam, agite, juſtâ analyſi adhibitâ, penitiùs
introſpiciamus. Neque enim ſatis arridet vulgata antiquio-
rum Impp. partitio, licet eam etiam D. Finckelthuſ. ſequa-
tur, quinque huius legis membra conſtituens: Quorum *pri-
mum* agat, de propoſitione ipſa, quæ ſit duplex: nempe *Teſta-
mentum, & precibus inſertum, & apud Acta conditum, nul-
la deſiderare ſolennitates. Alterum* contineat probationem
per argumentum à minori ad majus. *Tertium* removeat
quæ dubia; omnesque ſuſpiciones de invaliditate: in verſ. nec
ſane. *Quartum* agat de pleniſſimo effectu huius teſtamenti,
In quinto membro demum Impp. ſe omnibus exhibeant.
verſ. omnibus. Enimverò, licet prima illa propoſitio vera
ſit, & ex textu elici poſſit; Tamen non eſt Theſis illa, quam
Impp. h. loc. principaliter intendunt & proponunt; ſed pars
hæc altera, ad prioris exornationem, vel demonſtrationem
potius pertinet; perinde ut illud, quod de Teſtamento co-

rani 7. teſtibus condito effertur. Cætera membra ex ſequentia multò faciliorem, ut ſpero, recipient intellectum.

III.

Noſtrâ enim ſententiâ, Teſtamentum hoc, (quod Principi offertur,) illo loco conſideratur, ut Conſtituendum & ut Conſtitutum. Conſtitutio exponitur in θέσει & ἀνα-Theſis, & formam teſtandi exhibet, & ejus efficaciam. Forma teſtandi hæc eſt, ut Ultima Voluntas, precibus ſ. libello ſupplici inſerta, offeratur Principi, Scriniis ejus inferenda & inſerenda. Nec quicquam amplius ad ſubſiſtentiam hujus teſtamenti requiritur: ſed illico vis ejus teſtationis ſubnectitur: (ut meritò redarguantur inadvertentiæ, qui & locum Conſiſtorii, & præſentiam Conſiliariorum, & ſubnotationem magiſtri libellorum: & neſcio quænam alia, hic quoque conſiderant: *D. auth. h. n.* 1. parùm attendentes, quantum adjuncta communiter convenientia à neceſſariis requiſitis differant. *Efficacia* huis Teſtamenti oſtenditur, *cum ἰδίως*, & argumentis à re ipſa petitis: (Cur enim non omnium Teſtamentorum ſolennitatem, ſuperare illud videatur, quod 1. Supplicibus literis inſertum, 2 Nobilibus paraſtatis (ut plerumque fieri ſolet) adſiſtentibus atque inſpectantibus, 3. ipſi Principi, jam de Voluntate Teſtantis informato ſeu inſtructo, offertur 4 ad Acta Memoriæ (plerumque) referendum κατὰ *τὴν συγκρίσεως*, ſeu in collatione ad alia teſtandi genera argumento à minori ad majus more noſtris familiari, traducto: Si enim ſecurus eſt de validitate ſui voti, & ſucceſſore, qui jure novo Nov. L. 18. C. h. vel in Urbe, cujuscunque judicis, Vel etiam in municipiis, Ordinis ejus actis Voluntatem inſinuat: Vel etiam, qui planè coram privatis teſtibus, (legitimo numero & more convocatis,) ultimam ſuam Voluntatem condit: Quanto magis ſecurus eſſe debet, de validitate & roborare teſtamenti ſui, qui ipſo Principe interveniente, & roborare,

[illegible]

jure, in ſcriniis, quibus tabulæ etiam iſtæ adjunguntur,) recondito, veluti teſte voluntatem ſuam manifeſtat?

Simili ſtylo & modo arguendi, utuntur Impp. Theodoſ. & Valent. *in d. l. 1. Novell. Valent. de Teſtament. ibi. Nam, cum liceat cunctis Iure Civili atq; Pretorio. &c. Quæ verba paulò ſuperius retulimus.* Hæc de theſi ipſa.

IV

Porrò requiſitis iſtis, *veris* atque eſſentialibus hunc in modum expoſitis & confirmatis, conſequens videbatur, removere requiſita *apparentia.* Dubium enim ſuboriri cuiquam poterat, An ad validitatem huius teſtamenti, etiam requireretur Principis recipientis Reſcriptum? Cum enim ſupplicationum finis ſit, ut Reſcriptum impetretur. *l. ut reſponſum 15. C. de Tranſaction. l. 1. & 2. C. de precib. Imperator. offerend. ubi Weſembec in parat. n. 7. & alioquin preces ipſæ* [illegible] *effectum non ſortiantur. l. 2. ubi Dd. C. quand. libel. Principi datus; & ibi iterum Weſemb. in fin.* multaque peti ſolent, quæ reſcriptis, aut in totum, aut ex parte denegantur; vel ſaltem aliter, atque petitum eſt, conceduntur *Caſtrenſ. in l. 2. C. de diverſ. reſcript.* Videbatur Teſtamentum iſtud, [illegible]bus comprehenſum, hautquaquam valere, niſi reſcri[illegible]es probatæ fuerint. Verum, ſpeciale quid eſſe in hac [illegible] Impp. duabus rationibus oſtendunt: quarum prima [illegible] a teſtamenti natura: Teſtamentum enim eſt a[illegible], & à ſola teſtatoris voluntate; non ab alieno arbitrio, jus hoc debet pendere. *l. illa inſtitutio 32. & 68. de hered. inſtit. l. nonnunquam. 52. de condit. & demonſtrat.* pen[illegible] autem, ſi principis arbitrium, juſſus & Reſcriptum deberet eſſe expectandum.

V.

Altera ratio, petita eſt ab eventu contrario & repugnan-

gnan

gnante. Si enim Principis reſcriptum deſideraretur ad Teſtamenti hujus ſubſtantiam, videri poſſit immutabile reddi, cum non tantùm ex voluntate teſtantis, ſed etiam ex ſententia Principis inviolabili pendeat. Siquidem id, quod Principi placuit, uſque adeò legis vigorem obtinet, ut a nullo homine privato immutari, aut retractari poſſit: *l. 1. pr. [illegible] Conſtit. Reuſner. d [illegible] 18. n. 19.* Sicut & conceſſio ſola Principis, aut conſenſus ejus, vim habet decreti. *l. 2. ubi Gothofr. C. quand. decreto opus non eſt. &c.* Atqui teſtamentorum omnium hæc eſt natura, ut mutabilia ſint, ex arbitrio teſtatorum, uſque ad extremum vitæ ſpiritum. *l. 4. de adim. [illegible] gat. l. ſancimus 23. C. h. t.* Quam qualitatem, cum etiam privilegiatum hoc teſtamentum omnino obtinere debeat, ut demum ex ultima inſinuatione valeat, non eſt reſcriptum Principis ad ejuſdem firmitudinem deſiderandum. Patet hinc perperam a Gilkenio, n. 10. requiri, ut preces illæ [illegible] memoriæ inſcribantur. *Præterea, inquit Gilken. [illegible] dus no[illegible] hoc loco exiſtimavi, videri ita demùm hanc [illegible] procedere, ſi manu alicuius, qui ad id in ſcriniis deputat[illegible] libris memoriæ vel ſimilibus monumentis hæ preces [illegible] ſint, & ita veram inſinuationis & publicationis formam [illegible] ant. l. conſulta divalia. 23. l. publicati. 2. C. h.* Quod [illegible] refutabimus.

VI.

Hæc de Teſtamento conſtituendo: ſequitur de [illegible] tum effectu, tum probatione. *Effectus* exponitur [illegible] dem, tum per κατάφασιν, aſſertionem atque aſſeverationem, ut ſic dicam, commodorum; tum per [illegible] ἀφαίρεσιν (remotionem & profligationem) incommodorum. *Commoda & Effectus conſentanei* reſpiciunt tum [illegible] tum Teſtatorem. Heredi juxta communem [illegible] libera fit poteſtas ad hereditatem ex teſtamento [illegible]

pe[illegible]

prævia b.p. petitione accedendi: Vel, ſi ſpecialius dicere malis, diſtinguas ſanè, Utrùm heres ſcriptus contradictorem inveniat, an vacuam offendat poſſeſſionem? Utroque caſu, eadem, quæ ſcriptis heredibus remedia & jura competunt; etiam ſic inſtituto debent competere. Nam priori caſu, heredi huic non tantùm remedia juris civilis: ſed & juris prætorii debent concedi: poſteriore caſu, ſolâ aditione, verbis aut factis declaratâ, jus hereditarium idē conſequitur. *add inf. th* 8.

Iſta ſcil. ſententia textus connexioni, & illis verbis: *nec ſuper b. p. petitione, ullam controverſiam patiatur*; non uſquequaque videtur inconveniens; Communis tamen expoſitio, *quàm ſuprà retulimus*, ſimplicior eſt, nempe qua Impp. ſignificent, b. p. petitionem h. loc. non eſſe neceſſariam, ſeu invito injungi non poſſe. Cum enim Teſtamentum hoc, æquitatis potius ratione ob Voluntatis certitudinem, quàm Juris Civilis ſubtilitate ſuſtineatur, videbatur omninò, Prætoris auxilium eſſe implorandum: *l. poſthumus* *&* *§. idem. de inj. ſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. 1. Herx Ll. SCtis ac Conſt. Pp.* Cum autem hanc vim à Principe ipſo, hoc Teſtamentum obtinuerit, ut omnibus, etiam ſolenniſſimis teſtamentis, anteponi mereatur, *Zaeſ. Comment in tit. qui teſt. fac. poſſ. n.* 57. Meritô & effectum pleniſſimum, ac nullo modo impeditum, debet obtinere. Interim non putamus eum, qui b. p. à Prætore ſecundum tabb. ex Teſtamento hoc petere velit, his verbis excludi: arg *l.* 1. *de bon. poſſ. ex teſtam. milit.* Siquidem illo remedio uti, omninò libuerit. *§. 1. J. de hered. Qualitat. & different.*

VII.

Juvat hanc rationem Effectus alter, quem Impp. teſtatorum conſolationi tribuunt. Id omnibus modis ſe agere, indicantes, ut teſtatoribus, facultate teſtandi aliàs præditis, *per hunc modum*, expedita, ſimulque pleniſſima facultas ſup-

petat, pro libertate arbitrii, bona ſua, facili ratione ad eos transmittendi, quibus ea maximè cupiunt relicta.

VIII.

Ut autem *Teſtator* pertimeſcere nullus debet, quin Voluntas ſua taliter declaratâ exitum ſortiatur. Ita è diverſo, *ab herede* quoque omnis removetur occaſio ſubtimeſcendi, ne ad hereditatem facilè pertingat: dummodo (1.) oblatas preces, ſecundum Voluntatem defuncti, idoneis teſtibus poſſit approbare: & (2.) alia ipſi obſtacula nocere nequeant; *de quibus infra cap. 6. th. 12. & ſeqq. acturi ſumus.* Tum enim ſolam aditionem, integrum ſucceſſionis jus ipſi con[illegible]turam, Principes pollicentur *fac. l. Si is qui tres. 31. §. idem [illegible] venire 1. de Exc. tut. Caſtr. h. n. 8. poſt Cyn. h. in f.* Prius membrum fluit ex interpretatione noſtra ſub finem cap. 2. indicata. Quanquam alii in diverſa omnia tranſeant: è quibus ſi noſtra omninò diſpliceat, magis probabilis accidit interpretatio *Reuſneri d. c. 3. n. 24.* Hanc ſententiam de eo caſu accipientis: quo dubitetur, fueritne hoc Teſtamentum apud Principem inſinuatum, nec ne? Hoc enim caſu neceſſariam eſſe probationem, ſaltem per duos teſtes. Quæ tamen explicatio itidem, non ſine magna dubitatione tranſit. Aut enim Teſtamentum hoc Scriniis inſinuatum proponitur, aut non inſinuatum. Priori caſu, ſi teſtamentum Scriniis inſertum fuiſſe ſupponatur, (uti quidem ipſe Reuſnerus requirit, n. 16.) Illud in Scriniis vel adhuc ſupereſt, vel (quod raro accidit,) amiſſum eſt & periit. Si ſuperſit, non opus erit alia probatione aliâ. Immo, nec ulla alia admittetur, quæ contra tabulas fuerit. Si teſtamentum perierit, intereſt, an perierit in Scriniis, an extra Scrinia. Si interciderit in ipſis Scriniis, dubito valdè, an teſtibus duobus ſubſtantia ejus [illegible] queat doceri. Niſi forte ex tabulariis aut Principis [illegible] memoriam rerum geſtarum circum-

ſcrip

ſtere credantur. Si autem receptæ quidem ſint à Principe, ſed poſtea iterum ablatæ ab ipſo teſtatore, tabulæ, poſt oblationem Principi factam (ſive ante, ſive poſt inſinuationem ad Acta ſeu Scrinia: relationem enim ad ſcrinia neceſſariò non exigimus:) Requirendum quo animo: utrum aſſervandi, vel abolendi, oblatæ fuerint: *ut infra in reſponſo ſubjecto plenius audiemus.* Quod ſi Scriniis *inſinuatum non ſit*, per Dd. quidem planè non valebit: per nos utique: dummodo aliunde ejus ſententia appareat.

IX.

Reliquum ergò eſt, ut dicamus, agi ſub finem hujus Conſtitutionis, non de probatione negotii principalis: de ea enim ab initio præmiſſum: Nempe (1.) niti preces tales mera fide (2.) offerri plerumque inter tot nobiles probatasque perſonas. (3.) conſcientiam Principis tenere, & (4.) ſcriniis memoriæ inferri: (ullas enim alias probandi rationes ulterius hic deſiderari, putidum eſſet ſtatuere:) ſed de probatione caſus ſpecialis, cum dubitatur: an preces ſecundum voluntatem oblatæ fuerint: Emphaſin enim conditionis in verbis, *ſecundum voluntatem*, latere, ſupra indicavimus, cap. 2. th 15 & ipſa propoſitionis Syntaxis commonſtrat, ſi rite ordinetur, hoc enim modo: Inſtitutus heres nihil debet pertimeſcere, cum idoneis teſtibus approbare poſſit; oblatas fuiſſe Principi preces ſecundum voluntatem defuncti. Quod ſi cui hæc minus arrideant, urſuro forſitan, (1.) tempus verbi, *poſſit*: (quia ſc. dicatur, cum probare *poſſit*; non *poterit*:) (2.) ſequentem particulam *ſi*: quæ innuat; priora verba cauſaliter; poſteriora demum conditionaliter accipienda eſſe: Illi ſane concedendum erit, probandi rationem bis in hac conſtitutione tradi primum in initio legis, (ubi firmitudo hujus teſtamenti ex ratione conſtitutionis & confectionis oſtendatur;) deinde in fine legis, ubi effectus eius cōmōſtretur. Ut ſenſus ſit: ſi teſtamentū hoc rite ſit Principi inſinuatum, nec à teſtatore re-

[illegible] heredi non eſſe de facili [illegible] negotii dubitandum [illegible] Paulus in textu [illegible] multa cum [illegible] oportere, [illegible] velle [illegible] etiam [illegible] tas & ordinationis ſolennitas accurate probanda ſit, cum ipſe oblatas preces ſecundum voluntatem defuncti teſtibus maxime idoneis Principe, [illegible] roque adeo jure adminiculante poſſit approbare. Atque ut in cæteris teſtamentis probanda inprimis duo ſunt, voluntas ſcil. & ſolennitas *v. Argenterat. 1. conſil. 61. n. 39.* [illegible] *conſ* 15. *n.* 156. Ita etiam hic Impp. probationem [illegible] tur reſtringere, tum ad ſolennitatem, quæ in oblatione precum ſincera conſiſtit: tum ad voluntatem, ut oblatio ſit plane ſecundum voluntatem & votum teſtatoris. [illegible] Quanquam de his teſtimoniis [illegible] dici poſſit, quod de inſtrumentis publicis DD. enunciare conſueverunt: eſſe probationem probatam ſeu confectam: & non probandam, ſeu inſtituendam. *l. ul. C. de uſur. pupillar. Bald. in l. quoties* [illegible] *6. in f. C. de judic. & in l.* [illegible] *C. quando fiſcus vel priv.* [illegible] [illegible] *in Comment.* [illegible] *n. 65.*

X

Et hæc de conſentaneis [illegible] teſtamenti contraria [illegible] ſi [illegible] *ſi etiam nocere non* [illegible] [illegible] voluntatem tanquam ſubjectum proximum [illegible] verba [illegible] oblatas preces ſecundum voluntatem defuncti idoneis teſtibus poſſit approbare [illegible] Sed de his contrariis in Syn[illegible] *ut ſupra* [illegible] *cap. 2.* [illegible] agetur.

CAP.

CAPUT IV.

De Summa Caſuatione & αἰτιολογίᾳ huius conſtitutionis.

1 *Sententia & mens Impp. ſummatim exhibita.*
2 *Figuratio caſus Finckelthuſiana,*
3 *Minùs probata:*
4 *Ratio dubitandi à Dn. Finckelthuſio conficta.*
5 *Cui proprior textui ſubſtituta,*
6 *Ut & ratio decidendi:*
7 *Reſolutâ dubitationis cauſa.*

I.

IN Summa, hoc dicere volunt Impp. *Teſtamentum, Principi oblatum, omnium Teſtamentorum ſolennitatem ſuperare* [illegible] meritò pleniſſimam fidem, vim & effectum obti[illegible] *ſup. cap. 2. th. 11.* Salycetus [illegible] cætera etiam aſſumens, [illegible] συμπαν ſic effert: Teſtamentum factum coram Principe, valet abſque alia ſolennitate, ex eo, quod tanquam publicato poteſt adiri hæreditas, nec eſt neceſſaria b.p. Si tamen de Principis præſentia dubitatur; ſufficit illam probare per duos teſtes. Sed in his (1.) vitium eſt, quaſi ſolennitas ex effectu pendeat: niſi ita legeris, *& ex eo tanquam publicato, p. a. h.* (2.) probatio non ad Principis præſentiam, ſed [illegible] pertinet: uti jam præmonuimus *cap. præced. §. 9*

II.

Nec opus eſſe cenſeo, ut in fugiendo caſu, ingenia hic fatigemus: Neque enim privato cuipiam conſulenti hic præſcribitur: Sed Præfecto. P. forma juris intimatur ac præſcribitur. Voluit tamen Dn. Finckelt. talem confingere ſpeciem: Bartholomæus, (*ita ſc. ſolebat Vir graviſſimus nomina, ex articulo temporis atq; Calendario petere & fugiendis caſibus in memoriam diei ſubſtituere*) timens, ne, poſt ipſius mortem, inter agnatos ſuos contentiones exiſtant, accedit Imperatorem, offertque illi Libellum ſupplicem, in quo ultimam Voluntatem ſuam conſcripſerat & conſignaverat, ſimulque petit, ut illa accipiatur, & in ſcrinia Conſiſtorii principis reponatur. Q. An valeat Teſtamentum? *Hæc ille.*

III.

Sed huic, ut diximus, Caſuationi, tùm propoſitionis formula; tùm deciſio ipſa repugnant. Πρότασις enim non unius Bartholomæi; ſed omnium, ita teſtantium, elogia rata eſſe jubet: Διάλυσις etiam apertiùs, in verſ. Omnibus: ubi non uni vel alteri Bartholomæo; ſed omnibus præſtatur, ut libero arbitrio ſucceſſorem ſuum, oblatis precibus, poſſint deſignare: Ut taceamus requiſita etiam plura in factum inferri eique velut implicari, quę in Conſtitutionis hypotypoſi non ſupponuntur, nec deſiderantur.

IV.

Itaque in rationibus quoq; dubitandi & decidendi arcerſendis, (*Lectionem* enim ſeu recenſionem textus, ut minus dubiam, conſultò prætermittimus,) non vagabimur extra oleas; ſed ad theſin ipſam, fixum oculorum dirigemus obtutum: Quamvis utraque cauſatio in textu ipſo lateat: Nam quod Dn. Finckelthuſius rationem dubitandi à Prin-

Principis confirmatione, ducit, Textui non convenit: ſic autores ille loquitur & dubitat. Confirmatio nihil quicquam novi juris tribuit negotio, ſuper quo adhibetur; ſed jus vetus tantum autoritate ſuâ conſervat: (ſemper enim confirmatio tacitam implicat conditionem, quatenus ſc. id quod confirmatur, ipſo jure valeat & ſubſiſtat. *arg. cap. Quia in petitionis. 29. Extr. de privileg.*) At vero in Teſtamento, precibus inſerto, veteres ſolennitates non ſunt obſervatæ, non adſunt 7. teſtes, nec aliæ ſolennitates ſunt adhibitæ. Ergo Teſtamentum tale non valet.

V.

Hæc verò objectiuncula quædam fuerit, *ut ſanè eam ſic movere penè ad verbum Reuſner. Volum. 2. de teſtam. part. 4. cons. n. 7.* Vera autem dubitandi cauſa ex ipſo textu erui poteſt. Quod ſcil. teſtamentum, omni ſolennitate ordinationis deſtitutum, nullum effectum ſortiatur, nec heredi remedia praſtat hereditatem obtinendi, nec Teſtatorem de ſucceſſore certum reddat atque ſecurum; imò, planè in conſiderationem non veniat. *l. non nudo conſenſu. 3. C. de Eman. p. liber. l. ſi veritas. 23. C. de fideic. Natta 3. conſil. 579. Incip. ſcripſi alias n. 9. Treutler. 1. Conſil. 7. n. 7. & ſeqq. add. Bertachin. latè de teſtam. imperfecto. n. 260.* Atqui Teſtamentum hoc caret omni ſolennitate: ſive reſpicias teſtium numerum, ſive eorum requiſitionem, ſive adhibitionem, aut ſubſcriptionem & ſubſignationem; ſive ipſam teſtandi rationem: Et quæ alias teſtamentorum ſolennium requiſita recenſent, C. A. *de teſtam. th. 11. & ſeqq.* M. Pegius: *conſil. 9. n. 4. 5. 6. Cothman. conſil. 29. n. 14. & ſeqq.* Mantica: *lib. 12 de conject. ult. vol.* [illegible]

VI

Ratio decidendi eſt in Principis, Teſtamentum tale probantis & recipientis autoritate poſita. Si enim jam ante pla-

placuit, eam teſtamenti publici ſpeciem, quæ Magiſtro cen- ſus in Urbe, in provinciis autem defenſoribus civitatum vel Magiſtratibus Municipalibus inſinuatur. *l.* 18. *C. h.* pleniorem fidem mereri: Quanto magis probari debet ea teſtandi ſpecies, quæ ipſi Principi inſinuatur: quippe in quem populus, (coram quo teſtamenta antiquitus fiebant, calatis Comitiis,) omnem ſuam poteſtatem contulerit. *l.* 1. *ff. de Conſtit. Principum.* Maximè cum ex ſuperabundanti, teſtium loco [illegible] cedant, ex una parte, tot Nobiles Satrapæ & paraſtatæ [illegible] tera parte cuſtodia tabularii principalis, unde ipſum [illegible] mi ſolet. Itaque ſi vel maximè aliquid deeſſet tali teſtamento, tamen ex autoritate & confirmatione Principis [illegible] mum utique robur ſortiretur. *arg. l. adoptio. l. ſi ſenator* [illegible] *derit. Nupt. Gail.* 2. *obſ.* 1. *num.* 12. Sic, ut ea quæ coram Principe geſta ſunt, nullam omnino diſputationem admittunt [illegible] *cap.* 1. *de Conſtit. in* 6. *l. pen. C. de his quib. ut indign. Carp.* [illegible] *reſponſor.* 12. *n.* 22. Aliter *Dauth. n.* 2. aliique.

VII.

Nec impedit oppoſita dubitandi ratio: Quia Princeps omnes Jur. Civilis ſolennitates relaxare poteſt. *l.* [illegible] 9. *verſ. ſi quid vero. C. de L.L. l. ſi non ſpeciali.* 9. *C. de Teſtam.* Eſt enim lex animata in territorio ſuo. §. *ult. Novell.* 10[illegible] jus ſola præſentia actum, factum vel negotium contractum [illegible] ſolennizat & roborat. *poſt Corneum & alios* Cothman [illegible] *ſponſ. r.* 68. *n.* 9. & 10. *& mox ipſi cum Dd. ex hac lege* [illegible] *num.* Maximè, cum hic cauſa ſolennitatis inducendæ præcipua ceſſet, Principe ab omni fraudis ſuſpicione vacuo [illegible] beroque. *arg. l. data.* 27. *pr. C. de donat. & l.* 31. *ff. eod. Rein* [illegible] *cap.* 18. *n.* 9. Propoſitionum incidentium [illegible] hic non expendimus, ſed ſuis locis, ubi opportunum eſt, inſerimus & dijudicamus.

CAP.

CAPUT V.

De Notabilibus ex hoc textu reſultantibus.

SUMMARIA.

1. *Præſentiam Principis omnem ſolennitatem ſupplere.*

In aula & comitatu Principis copiam nobilium & præcellentium virorum præſumi:

Illud vero dubium eſſe, quod inſuper ex hoc textu elicitur & notatur: miniſterium & officium aulicum per ſe nobilitare. *ea occaſione obiter explicata* l. un. C. de præpoſ. labor.

Quales paraſtatæ principi adhibendi ſint? remiſſivè.

De vi argumenti à minori ad maius itemq; à contrario ſenſu.

De Teſtamento apud Acta *conficiendo: An id etiam rectè coram* Sculteto ruſtici ſeu pagano *fiat? An coram ſolo* judice oppidano, *adſiſtente ei actuario, (at nullo Scabino?) remiſſivè.*

7. *An coram his etiam domi, extra [illegible] judicij: Evocatis eò à teſtatore, judice & actuario?*

8. Ad teſtamenti Principi oblati *perfectionē non requiri principis confirmationem?*

9. *Requiri autem oblationem in ſcriptis & quidem præciſè, nova & ſingulari aſſertione:*

10. *Oblationem verò per procuratorem etiam peragi poſſe; contra communem [illegible]rum ſententiam, demonſtratum.*

I.

NOtant ex hoc Textu Dd. 1. præſentiam principis, [illegible] actum in ejus præſentia factum, inducere diſpenſationem ſolennitatis. *Finkelth. h. Notab.* 1. ſeu, præſentiam ejus omnes ſolennitates ſupplere, poſt Innocent & al. *Reink lib.* [illegible] *de Regim. claſ. 2. cap. num.* 32. *& lib. 1. claſ. 1. cap. 5. num.* [illegible] *Gelbaſ. Anton. diſp. feudal 1. th. 1. b.* An hoc idem obtineat, [illegible] Inſinuatione, Principi inferiori, Conſtitive imperii [illegible] chivi habenti facta, reſponſionem infrà ſubjectum, edocebit. [illegible] [illegible] *quo Princeps omnia jura in ſcrinio pectoris habe*[illegible] [illegible] *& ſeqq.*

II.

Notant [illegible] Ubi Princeps degit, ibi præſumi præſentiam copiamque Nobilium & Præſtantium Virorum. *Dn. Finck.* [illegible] *l.* Tales cùm *Principes* boni amant, foveant ac provehunt [illegible]

quo[illegible]

quoties Proceres ſuos aſpiciunt, toties cognoſcant recta ſe judicis habuiſſe. *Caſſiod. l. 4. var. epiſt.* 33. fugienda enim & profliganda ſunt aularum dehoneſtamenta. *Tacit. 2. Anal.* 57. Nec facile fert populus, ut ſol magis luceat convallibus, quàm montium ſummitati. *P. Matth. lib. 6. narrat.* 1. Quin amplius ex hoc loco Dd inferunt; de actis judicis quoq; præſumi, quod his ſemper adſit multitudo hominum fide dignorum. *Dn. Carpzov. p. 3. Juriſpr. forenſ. conſt. 3. defin. 11. n. 7.*

III.

§ 3. Notant Dd. eum, qui adhæret lateri Principis, nobilitari, quaſi ex tacita Principis voluntate. *Finckelthuſius hic.* Quod licet commun. receptum ſit, *in ſubſidium etiam laudatâ; Non ibi immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. C. de præpoſ. labor.* 12. 18. *l.* 1. *ibi. pœna ſacrilegii ſimilis erit, ſi his honorificentia non deferatur, qui contingere purpuram noſtram, digni ſunt æſtimati, C. de domeſtic. & protector.* 12. 17. *l. ult. ibi. Viros Clariſſimos, ſacri noſtri Palatii ſilentiarios, circa latus noſtrum militantes. C. de Excuſat. Tutor & Curat. Tiraquel. de Nobilit. cap. 6. num.* 10. *Joſias Nolden. de ſtatu Nobilium:* [illegible] § 1. Attamen (ſalvâ tantorum hominum autoritate) ex textu noſtro erui, vel etiam aliunde vix defendi poteſt, inprimis ſi nobilitatem formaliter & cum effectu, proprieque dictam intelligamus. Etenim, non Nobiles tantum Natalibus & Collatione privilegiorum Nobilitatis ſplendidiores, circa Principem verſantur; ſed & alii, probatæ ſeu ſpectatæ virtutis, eruditionis & fortitudinis Viri: qui tamen ſtēmate ab illis ſegregantur, & jura ac privilegia Nobilitatis, vel non expetunt ſuâ virtute contenti: vel nondum impetrarunt. Quorſum pertinet illa diſparatio titulorum, in conſtitutione noſtra, *ibi, inter tot Nobiles, probatasq; perſonas.* Unde ſcimus etiam Conſiliarios ſummi Principis, nedum inferiora Miniſteria, privilegia à Principe quæſiviſſe & obtinuiſſe

uiſſe: quibus expreſsâ impetratione opus non fuiſſet ſi Comitatus Principalis, per ſe, Nobilitatis privilegia conferret. Neque aliud ſuadet *d. l. un. C. de præp. lab* (*ut vulgo* [illegible] *tur,*) Neque enim, de omni Principis Comitatu, textus loquitur: (alioquin & ſtipatores, & ſtratores, & aurigæ, & pediſequi nobilitarentur) ſed de illuſtri Comitatu, & iis, qui expreſſo privilegio, grandibus illis accenſentur. Etenim, [illegible] de difficili hoc titulo, obiter aliquid dicamus, non opus eſt, ut cum *Cujac. 11. O. 20. Turneb. l. 15. adv. 16.* [illegible] *Gothofr. ad d. l. un. & alii*, ibi, per præpoſitos laborum intelligamus contractè, præpoſitos labarorum ſeu vexillorum: *de quibus Tiraquel. ad Alexand. 4. genial. c.* [illegible] *nunquam. Pamel. ad Tertullian. in Apologet. cap.* [illegible] *Dorleans ad Tacitum lib.* [illegible] *annalium pag. 91.* [illegible] *Imperatore Romano. cap. 5. Lipſius de Cruce lib. 3.* [illegible] Contractio talis inuſitata ſit; & *l. un. C. Th. eod. tit.* [illegible] pertè doceat: *Labores* ibi intelligi devotiſſimorum domeſticorum: quorum præpoſitos Impp. ad ſimilitudinem decem primorum, expreſſe jubent eſſe clariſſimos & Senatorio nomine ac immunitate dignos: ut ex conſularibus [illegible] *qui ſi provinciarum fuerint Conſulares. Gothofr. lib. 1. de* [illegible] *dom. Auguſt.* [illegible] Quâ diſpoſitione expreſſa utique opus non fuiſſet ſi ſacro ſervitio jure eam conſequuti fuiſſent. Eadem reſponſio cæteris etiam locis aptanda eſt: Conſueverunt enim Impp. aulicos bene merentes aliarum dignitatum privilegiis, ſed expreſſe, exornare. *l. 2. C. de domeſtic.* [illegible] *de Palat.* [illegible] *& 2. C. de Silentiar.* [illegible] *& 3. C. de prox. ſacr. Scrin.* [illegible] *& 1. C. de Princip. agent. in reb.*

[illegible]

Subjungitur [illegible] axioma politicum: Principem adhibere latere ſuo debere viros doctrinâ, virtute, experientia, fide, probitate, *l.* [illegible] *C.* [illegible] *Principe* [illegible] *Lipſ.* [illegible] *& ſeqq.* [illegible]

Lip.

[illegible] cap. 3 & ſeqq. Egregia vero & magnifica ſunt, [illegible] *Dauth. n. [illegible] p. 421.* in laudem Jurisconſultorum annectit: eoque argumento nobilibus conſuadet ut Jura diſcant, quo duplici fruantur dignitate: majorum & propria.

V.

Ex verſ. Sicut ergò, &c. notatur (5) *argumentatio à minori ad majus*, Quam quia in Element. diſpp. Dn. Præſes prolixè declaravit, ejus vice alium tractabimus locum topicum, cujus uſus etiam in iſta lege, *ibi. mera fide; & alibi;* indicatur, quæſituri: An argumentum, à contrario ſenſu fortiſſimum rectè prohibeatur à *Dd. ad l. 1. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict.* Sed, quia tractatio illa prolixior eſt, ne notabilium Syllogen. vel deſignationem potius, interrumpamus, eam in loco poſtremo, *Corollarij inſtar*, diſcutiemus.

VI.

(6.) Ex verbis ponè ſeqq. notatur: Teſtamentum fieri poſſe, coram quocunque judice, ſuo vel alieno, i.e. competente, vel incompetente. *Pingiz. quæſt. 20. n. 72. fac arg. l. [illegible] 27. C. de donat. l. 1. § generaliter. de leg. præſtand. contra [illegible]* majore & minore. *arg. verb. municipum* Quamvis enim municipalibus Magiſtratibus exigua competierit Jurisdictio. *l. ea quæ. 26. l. 28. ad Municip. l. 12. de Jurisdictione.* Actorum tamen conficiendorum poteſtatem & ipſi habuerunt. *l. 2. C. de Magiſtr. [illegible] Municip.* An autem coram Sculteto & Scabinis i.e. Vor einem Dorffſchultheiſſen und Dorffſcheppen/ Teſtamentum publicâ fide poteſt fieri? *[illegible] Berlich. Deciſ. 91.* & Finckelth. *diſp. [illegible] teſt. quæſt. 4.* Quia Sculteti [illegible] deſtituantur Jurisdictione propriâ. Immò, nullam [illegible] habeant; ſed ſint tantum Magiſtri atque Executores [illegible] Jurisdictione pollent. [illegible] [illegible] quæ hic [illegible] *[illegible] Finckelth. [illegible]* ſunt [illegible] ſimplices & [illegible] *l. ult. C. de teſt. Novell. 73. [illegible]*

 [illegible]

Unde ſingulari cautelâ hîc opus eſſe tradũt nempe, ut ſuperior Magiſtratus, Nobilis, vel Baro, priùs adeatur, qui Sculteto & Scabinis hoc ſpecialiter injungat ut Teſtamentum publicâ fide recipiant, idque omne Notarius diligenter annotet. Tum demùm valiturum, ut judiciale. *Finckelth. d. q. 4. in* ¶. Enimverò, quia alicubi Sculteti pagorum habent aliquam Jurisdictionem, atque etiam judicii Actuarium: vel ſaltem paſtorem ad hoc munus adhibent. non arbitror indiſtincte hoc negandum eſſe per generalitatem verborum hujus *loci*: *Actus cujuscunq. judici.* Et ſanè, cum ruſticis jura, hac etiam in parte, amplius indulgeant, ob ſimplicitatem. *l. ult. C.* Quid iis commune beneficium, poſitis iiſdem requiſitis, denegemus, *conf. Carpzov. p. 3. conſtit. 3. defin. 21.*

Sane, coram ſolo Sculteto, aut ſolo Quæſtore pagi valide confici tale teſtamentum, & ipſe negaverim. Ut enim nulla cauſa eſt, quæ unius teſtimonio privato, quamvis legitimo, terminetur: *cap. licet. 47. Extr. de Teſtib.* Ita nec unius judicis, quantæcunque fuerit autoritatis, verbo credendum. *cap. cum à nobis. 28. Extr. eod.* Cùm non rarò etiam tales judices reperiantur, per quos innocentium juſtitia perfractè læditur. *cap. quoniam 11. in pr. & fin. Extr. de prob.* Quod eo magis, in cauſa Teſtamentorum, obtinere debet, quo magis ſolicitè jura requirunt, ut omnis falſitatis ſuſpicio exulet. *l. ult. C. de fideic. Finck. d. d. 4. q. ubi ita pronunciatum refert.* De judice juriſdictionem indubitatam habente, an coram eo ſolo & judicii actuario, abſentibus Scabinis, inſinuatio teſtamenti fieri poſſit, jam ſupra dictum eſt. *cap. 2.*

VII.

Eâdem ratione inferre liceat, etiam eo caſu, cum in domo decumbens, coram Actis teſtari cupit, Judicis & Actuarii perſonam de Jure Civili ſufficere, uti ſtatuere videtur Weſemb. *in parat. de Teſtam. n. 10. verſ. apud Acta ibi. Comm-*

cati

[illegible] ad hoc *Magiſtratu & Actuario*; quem ſic exaudit Man-[illegible], in reſponſo juris de Teſtament. n. 61. Wann er dahei-men kranck liget / und einen (oder mehr /) auß dem Gericht / ſambt dem Gerichts-Schreiber / zu ſich erfordert / und vor ih-nen ſeinen letzten Willen eröffnet / ꝛc nec præciſè Aſſiſſorum [illegible] requirit: Secùs, quàm placuit Dnn. Marpurg. 1. [illegible] *n.* 1[illegible] & Bachov. *in not.* *Weſenb. de teſtam. n.* 30 *verſ.* [illegible] *inſinuatum.* Neque enim in hac aut ſuperiore conſtit. lo-[illegible] judicii uſpiam præciſè requiritur, nec Aſſeſſores, Sed tan-[illegible] Judex & Acta deſiderantur. Licet in foro Saxonico [illegible] aliud dicendum ſit: per conſtit. [illegible]. part. 3 ubi Gerichtsper-ſonen / in numero multitudinis deſiderantur. Ita probo ſen-tentiam Berlich. *deciſ.* [illegible]. & Dn. Carpz. *part. 3. conſtit. 3. def.* 17. [illegible] Nec obſtat, quod apud eundem *d. reſponſ.* 12. *n.* [illegible] obji-[illegible] Iudicem, extra judicii locum tantam autoritatem nõ [illegible] repræſentare, quæ fraudis ſuſpicionem arceat: ſiquidem cer-[illegible] eſt, ea quæ Iuriſdictionis ſunt voluntariæ (ut Teſtamen-[illegible]) ex communi Dd. ſententiâ habetur. *Weſemb. ff. de* [illegible] *n.* [illegible] *licet eodem fere fundamento* [illegible] *diſſentiat in* [illegible] *Bachov. pag.* [illegible]12. *b.*) & de plano, extra judicii locum ex-[illegible] poſſe: *l.* 11. *§.* 6. *ad L. Jul. de adult. §. ſervi.* [illegible] *ibi. Veluti* [illegible] *Prætor, aut Præſes, aut Proconſul in balneum, vel in thea-* [illegible] *l. de Libertinis. l. 3. C. de Emanc. liber.* Nec ideo [illegible] autoritatem judicialem in actibus [illegible] [illegible] Judex meretur atque obtinet. [illegible] *proconſ.* *Noviſſimè Dn. Chriſtoph. Philip.* [illegible] *deciſ.* [illegible] *cent. 1. deciſ.* 30. *n.* 21. *in qua deciſione de teſtamento* [illegible] *latius diſſeritur.* Utique ſolius judicis præſenti-[illegible] nequaquam ſufficere, perinde ut nec Sculteti, iiſdem qui-[illegible] ſupra [illegible] 6 uſi ſumus, rationibus edocemur & [illegible] [illegible] deciſum vidi ab inclyta Facultate Juridica almæ hujus U-niverſitatis, Ann. [illegible] Auguſti, in reſponſo Brunopolim miſſo, quod ſuo loco publicabitur.

VIII. Ne

VIII.

Notant (7.) Ad Teſtamenti huius (*quod Principi offertur*) perfectionem, non requiri Reſcriptum Principis, aut annotationem. *verſ. Nec ſanè illud: per rationes, ibi ſubjectas, & antea deductas. Reuſner. d. part. 4. cap. 18. n. 13.* Licet, (quod Reuſnerus, ibidem commodè ſubmonet) de conſuetudine & ſtylo, etiam decretum, & adnotatio poſtulari & concedi ſoleat: Additâ tamen clauſulâ: In Quantum de jure: qua ſignificetur: Non obſtante Principis confirmatione, adhuc licere teſtatori, teſtamentum pro libitu immutare. *conf.* omninò *Caſtrenſ. in Comment. ad hanc l. n. 5. ibi:* nec requiritur, ut, quid loquatur recipiens, vel aliquid dicat confirmando: ſed ſufficit, quod regiſtetur in libro commun.

IX.

Ex verbis, *oblatis precibus*, ipſe (8.) noto: Regulariter hoc Teſtamentum in ſcriptis debere offerri; contrà, quam illi tradunt. *vid. Dn. Gothofr. h.* 1. Quia in pr. l. requiritur, ut teſtamentum tale, ſeu ultima voluntas, precibus, ſeu libello ſupplici inſeratur: Quod propriè ad ſcripturam pertinet. 2. Quia ſcrinio Principis inferri & inſeri debet: Quod itidem nuncupatæ Voluntati vix congruit. 3. Idem indicat *verſ. Nec ſanè.* Reſcripta enim propriè opponuntur Libellis. 4. Quia expreſſè dicitur: Voluntatem talem, per ſupplicationem Principi debere intimari. 5. Quia heredes inſtituti, ſcriptis heredibus accenſentur. 6. Quia preces iſtæ, etiam per alium offerri poſſunt, ut mox aſſeremus. Nec obſtat *verſ. Nec ſanè.* Licet enim ibidem Impp. dicant: Se voluntates hominum audire velle, non jubere: Non tamen ea verba nuncupationem reſpiciunt: ſed inſinuationem, ut verba ſeqq. declarant, *per ſupplicationem noſtris auribus intimetur.*

X. Ma-

X.

Majorem aſſenſum merebitur prior aſſertio, ſi oſtenderimus: Voluntatem talem etiam per alium offerri poſſe; Quod cum antea κατασκευαστικῶς factum ſit; nunc contraria argumenta diluemus. *pag.* 18. Eo ordine, quo diſſentiens Dn. D. Finckelth. eadem ſolicitè & curioſè oppoſuit. *d. diſp.* 3. *q.* 6. Nimirum, quia (1) in h. l. 19. ut & in l. 27. C. eod. hi duo caſus æquiparentur: Teſtamenta condi *coram actis*, *& coram auribus privatorum.* At in iſto Teſtamento requiri, ut Teſtator voluntatem ſuam præſens in conſpectu Teſtium, ſolenniter declaret, *l. ſi non ſpeciali.* 9. *ibi. in conſpectu Teſtatoris. l. ſi unus.* 12. *ibi: coram Teſtatore. l. hac conſultiſſima.* 21. *ibi: teſtibus præſentibus, teſtator, ſuum eſſe Teſtamentum, dixerit. C. h. E. & apud Acta. Reſp.* 1. *Major propoſ.* (quod lippis etiam notum eſt,) reſtringenda eſt, ad comparationis terminos: *Surd. deciſ.* 129. *n.* 16. *&* 21. *Franciſc. Viv. deciſ.* 255. *n.* 19. At comparatio horum Teſtamentorum tantùm inſtituitur in articulo validitatis & effectûs; non formæ, modi, &, ut ſic dicam, formalitatis. E. eò uſque perperàm traducitur. 2. Ad Minorem & hoc regeri poteſt: Imperatorem non tàm uti argumento à comparatis, quàm argumento à minori ad majus: *uti Dn. Finckelth. ipſe fatetur, in prælect. ad d. l.* 19. *n.* 6.

Alterum argumentum Dn. Finckelthuſii eſt, quòd Impp. in h. l. 19. verba ad ipſum Teſtatorem referant. *ibi. publicavit judicium.* Reſp. publicatio judicii, ſeu manifeſtatio voluntatis, etiam per alium poteſt fieri: In his enim, quæ juris ſolennitate ſoluta ſunt, qui facit per alium, perinde eſt ac ſi per ipſum fecerit. *uti habet canon. qui facit.* 72. *de Reg. Iur. in* 6. *l. ita.* 5. *§. quod ſi quis* 3. *ibi: videtur enim geſſiſſe, qui per alium geſſit, de admin. & pericul. tut. v. Barb. axiom. in verb. facere n.* 1. *&* 2. Regulariter autem poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum: *velut iterum habet can. poteſt* 68. *de Reg. jur. in* 6. Et facere itidem is intelligitur,

Digitized by Google

cujus auctoritate aliquid peragitur. *c. ut fama. 35. ext. de ſ. excō.*

Tertium Argum. adverſarium deducitur *ex verſic. Voluntates etenim &c.* Vnde ſic colligit Dn. Finckelth. Impp. Vltimas hominum ſeu Teſtatorum voluntates volunt audire: per literas autem non audiunt; ſed legunt. &c. Reſp. (1.) audire, ut alibi, ſic & hîc generaliùs ſumitur, ut quoquó modo poſtulantium deſideria recipi intelligantur. *l. 3. §. ſi quis min. 6. De Minorib. l. 11. §. 8. v. quæ propt. Ad L. Jul. de adult. l. 44 § ult. de fideic. libert.* Et hunc latiorem ſignificatum exigit oppoſitum vocabulum, *non jubere.* (2.) Etiam per procuratorem dicemus audiri Voluntatem, non proferentis procuratoris; ſed mandantis Teſtatoris.

Quartum ita habet: cum Teſtamenta fraudibus & falſitatibus inprimis ſint obnoxia: *l. ult. C. de fideic.* Ideòque inprimis etiam hîc cautione opus eſſe; At, niſi præſentia Teſtatoris ſupponatur, facilè ſubjici poſſe adulterina Teſtamenta, pro veris. *Reſp.* Huic formidini occurriſſe Impp. cautela huius verſiculi, dum deſiderant: ut preces, ſecundum voluntatē defuncti idoneis teſtibus oblatæ, poſſint approbari.

Quod ſi quis, extremò, dicat: Magnis viris aliud omninò probari in teſtamento apud Acta conficiendo, *vid. Carpzov. 3. conſtit. 3. defin. 23. & ſeqq.* de quo inprimis loquatur Finckelthuſius: *Reſponderim,* Diverſum ideò fortè hîc aſſeri; quia receptum ſit ex communi ſententia, & fieri commodè poſſit, ut judex ad Teſtatorem ſemet conferat; adeòque remedia juris ſufficientia hîc ſuppetere, quæ negligere teſtaturus temerè, aut contemnere non debeat. Id autem in Teſtamento præſenti, indecorum accidere: adeoque aliâ viâ Principes laborantibus ſuccurrere voluiſſe. Nec defugiemus tamen, exercitii cauſa explorare, annon rationes noſtræ, etiam in Teſtamento apud Acta conficiendo, ſuum vigorem obtineant. *Adhibe Dn. Richter. 1. deciſ. Jenenſ. 30. n. 5.*

CAP.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Syntheticam & paratitlarem huius materiæ (de teſtamento Principi oblato) expoſitionem adornans.

SUMMARIA.

1. *Cur loco obiectionum, quas Dd. hoc loco nominant, movent, & diſcutiunt, ſubſtituamus, novo conſilio, ſyntheticam materiæ huius diſpoſitionem.*
2. *De nomine huius teſtamenti periphraſtico.*
3. *Definitione item*
4. *atq; diviſione.*
5. *De cauſa* efficiente remota; *Et an Theodoſius iunior, vel ſolus vel præcipuus huius teſtamenti autor & inventor ſit.*
6. *De cauſa impulſiva.*
7. *Et* Efficiente proxima.
8. *De Materia circa quam:*
9. *De forma apparente & requiſitis minus neceſſariis.*
10. *De forma genuina & ab ipſis Impp. definita, eaq; tùm* eſſentiali & intrinſeca;

 ſpecta-

Digitized by Google

ſpectata ex parte tùm teſtantis ſeu offerentis;

11. *tum recipientis ſeu principis.*

12. *Et quid uſus huic obſervationi adiecerit.*

13. *De forma* extrinſeca ſive accidentali & *probatoriâ: ubi refertur ſumma reſponſi cuiuſdam in conſimili teſtamento privilegiario.*

14. *De Effectu teſtamenti principi oblati; quoad teſtatorem.*

15. *Et heredem: ſi vel ius adeundi conſideres;*

16. *vel remedia acquirendæ hereditati comparata.*

17. *De contrariis, ſeu vitiis: iiſq; tùm* communibus, *quibus hoc teſtamentum labefactatur, vel ab initio ſtatim:*

18. *vel ex poſt facto: quando aut rumpitur;*

19. *aut irritum fit:*

20. *Tùm peculiaribus; ex l. ult. C. de Ed. D. Hadrian. toll. pendentibus.*

21. *Et horum differentia.*

I.

RESiduum eſſe videtur, ut varias, quæ contra hactenùs diſputata concinnari poſſent, objectiones, more ſchola-

Digitized by Google

ſcholarum & Interpp. *v. Salycet. h. n. 6. & ſeqq.* reſolveremus ſed quia id rectiùs in ipſo conflictu fiet; ex parte etiam jam factum eſt, ſuis locis: *& præcipuè capite ſuperiore.* Noſtro Conſilio ſubjiciemus, Exercitii Synthetici cauſa (quod Juriſprudentiæ Theoreticæ alterum pedamentum conſtituit,) Naturam huius teſtamenti, per ſolitos methodi cancellos, deſignatam; ut, ſi quis velit, uberiùs hæc exequi poſſit.

II.

Ac, ſi nomen quidem huius Teſtamenti requiras, Alii id privilegiarium; *Barry lib. 1. de ſuc. tit. 2.* Alii diſpenſativum; nimis generaliter dicunt: *Cyn. in h. l. 19. n.* Reuſnerus *volum. 2. de teſt. part. 4. c. 18. n. 2.* Theodoſianum id vult appellari: quia ejus mentio fiat in Nov. Theodoſii, quæ ſententia etiam reperitur in notis ad h. l. 19. ad verbum: precibus. Minùs congruè: Neque enim tàm Theodoſius, quàm Honorius huius ſpeciei autor eſt. & Theodoſius atque Valentin in d. Novel. apertè autoritatem huius conſtitutionis ad Honorium trãsferunt *vid. ſupr. cap. 1. theſ. 4.* Malè etiam Cujac. *in comment. C. h. p. 724. C.* Teſtamentum hoc appellat, *quod fit in Conſiſtorio Principis*: Id enim non requiri, jam antè monuimus, & mox uberiùs oſtendemus. Simplicius itaque illud appellaverimus: Teſtamentum Principi oblatum: Quemadmodum & alias Teſtamentorum ſpecies, non niſi per periphraſin efferre poſſumus: ut Teſtamentum apud Acta; Teſtamentum inter liberos, aut peſtis tempore factum.

III.

Definiri poteſt, Teſtamentum privilegiarium, quo Teſtator, ſine ulla ſolennitate, Principi ultimam Voluntatem, precibus offert, ut ejus fide & autoritate ſuſtineatur.

Digitized by Google

IV.

Dividunt Dd. hoc teſtamentum, in Scriptum & Nuncupativum. *vid. Barry. d. l,* itemque Reuſner. *d. cap* 18. *n.* 2. ubi ait: Hoc teſtamentum eſſe quandam ſpeciem Teſtamenti Nuncupativi, (dicere voluit, privilegiarii,) cum aut Teſtamentum, per ſupplicationem, Principis auribus intimatur; aut precibus oblatis, Princeps vel Imp. interrogatur, quemadmodum quis de rebus ſuis diſponere debeat, Quæ traditio, utcunque plurimis placeat; Regulariter tamen hoc Teſtamentum ſcripturam requirere, ſuprà docuimus: *c.* 5. § 9. Nec aliter Nuncupationem procedere arbitramur, quàm ut eam Secretarius Principis excipiat, & ſic ſcripto comprehenſam ad Scrinia ſeponat.

V.

Cauſam efficientem remotam, Reuſnerus: *d. cap.* 18. *n.* 2. ut modò diximus th. 2. adeò aſſignat Theodoſio, ut inde Teſtamentum hoc Theodoſianum appellandum eſſe, exiſtimet; *Conf. Dn. Gothofr. ad h. l.* 19. *lit. M.* Atqui oſtenſum eſt ſuprà *cap.* 1. *n.* 3 *&* 4. Honorium potiùs huius legis autorem habendum eſſe, cum Ravennæ data ſit, ubi Honorius ſedem Imperii fixerat. Neque Novella Theodoſii, *de Teſtamentis tit.* 9. *p. m.* 531. de iſta ſpecie Teſtamenti privilegiarii agit; ſed de Teſtamento myſtico. Altera autem Lex Theodoſii & Valentiniani, *quæ inter Novellas Valentiniani, circumfertur l.* 1. *de Teſtament.* Honorio huius juris autoritatem diſertè aſſignat: *in pr. ibi. Jam dudum quidem D. avunculus noſter. &c.* (*is eſt* Honorius, *Arcadii frater, ex quo genitus* Theodoſius: *Quemadmodum ex ſorore* Placidia, Valentinianus III. *Qui potiſſimum in ea L. loquitur*: *Unde etiam Novella Valent. paſſim audit. vid. Sozom. lib.* 19. *Hiſtor. Eccleſ. c.* 16.) *Teſtamentorum compendia generali lege complexus.* Eadem

verò

Digitized by Google

verò Conſtitutio , in progreſſu ſermonis, utr... noſtro, autoritatem huius juris aſſignat, illis verb... *jam liceat, quoquo modo, & quibuscumq; verbis ulti... re judicium. &c.* (loquuntur de noſtro hoc Teſt... quod Principi, per preces oblatas, inſinuatur,) *Sicut eorum Principum ſtatuta declarant, qui removere, ſanctionibus ſuis, meliore juriſprudentiâ, vetuſti juris ambages.*

VI.

Cauſa impulſiva itidem *ex pr. c.* I. pateſcit, & ex Conſtit. modò allegatâ, planiùs intelligitur. Deteſtabantur enim ipſi etiam Principes teſtamentorum divergia, & formulas, & inanes verborum conquiſitiones, & vetuſti juris ambages: *d. Novell. Valent. lib. 1. Ubi porrò vocant: priſcæ conſuetudinis minutias, & obſcuritatẽ. Loca alia jam ſuprà induximus: cap. 1. th. 2. add. l. 26. ibi. Omnem formalem obſervationem. C. de Teſtam. l. 1. pr. C. comm. de legat.* non minus ac ſcrupuloſam cretionum ſolennitatem, *l. cretionum* 17. *C. de jure delib. l. ult. §. ult. C. eod.*

VII.

Cauſa efficiens proxima, eſt perſona, ad teſtandum habilis: *hac l. noſtra, ibi: Omnibus præſtandum eſſe cenſemus, ut libero* (ſubaudi: *quisq;*: Occurrit enim in hac propoſitione, Enallage numeri. *Reuſ. ad l.* 40. *de R. Cr. n.*38. *Glaſſ. l.* 4 *philol. ſacr. tr.* 2. *O.* 18.. *p.* 681.) *arbitrio*, (cui teſtandi facultas ſuppetit,) *Succeſſorem ſuum, oblatis precibus, poſſit declarare.* Et in Novell. Valent. modò citatâ: *Quisquis maluerit*, (ſubaudi, circa juris ſolennitatem, & teſtium adhibitionem,) *delatâ nobis ſupplicatione, teſtari, liberam habeat facultatem. &c.* Dixi, cum Impp. *dummodò cætera ſit habilis*: id enim volunt verba illa, quæ in Parentheſin ſtudio incluſimus. Nam inhabilis etiamnum peculiari Principis diſpenſatione, (ſi non expreſ-

Digitized by Google

expreſsâ; certè tacitâ,)opus habet: ut indicant *præter verba parentheſeos*,etiam finalia huius legis,*ibi*: *Si ei alia nocere non poſſunt.* Fuit de conjugibus, non olim tantùm dubitatum *velut ex d. Novell. Valent. patet*; ſed etiamnum dubitatur. Sic enim inter alios ſcribit Dn. Gothof. *ad l.* 19. *C. de pact. in verbis: ad diſcrimen.* Non valet conventio,de mutua ſucceſſione inter Virum & Uxorem.&c *deſuper allegans Cuiac.* 16.*obſerv*.39.*&* *ad l.* 20. *de V.O.* Sed Cujacius diſertè diſtinguit, inter *Pacta* mutua de ſucceſſione; & *Teſtamenta* mutua: illa conjugibus denegat; Hæc tribuit. *arg. l.*70. *de hered. inſtit.* Atque ita etiam Dn. Gothof. exaudiendus eſt. Planè moribus, non tantùm Teſtamenta conjugium reciproca; *vid. Gail.* 2 *O.* 117. *Weſemb. Conſil.* 44. *Berlich. deciſ.* 91. *Peleus quæſt.* 21.*&* 22. ſed etiam pacta,recepta ſunt.*Gail.* 2.*obſervat.* 126..*Conſil. variar. Egenolphi*: *tom.* 2.*Conſil.* 33.*n.*7. *& ſeqq.vid. Perez parat. C. de inutil. ſtipul. n.*9. Ut de hac teſtandi ratione, quæ fit per oblationem precum,tantò minùs dubitandum ſit.*de qua d. Novell. Valentin. potiſſimum agit.* §. Subjectum cui(inſinuatio hæc facienda ſit,) in reſponſo cap.8.ſubjecto,plenius deſcribitur.

VIII:

Objectum,Quod (in hanc diſpoſitionem venit,)ſeu materia circa quàm,eſt eadem, quæ in teſtamentis ſolennibus & perfectis, (ſecùs, atque in Codicillis obtinet §.2. *I. de codic.*)nempe,vel Principalis; vel Acceſſoria. Principalis, eſt heredis inſtitutio. *hoc l.* Quæ,licet ſola exprimatur; non tamen excluditur exheredatio: ſed potiùs includitur: Quemadmodum & cæteræ res, minùs principales, ſeu acceſſoriæ, ut legata,fideicommiſſa,tutelæ dationes. &c. vid. in ſimili de Teſtamento militis,(cum iſto quadantenus ſymbolizante,)Andr.Gerhardi: Colleg.ſucceſſ.diſp. ult. th.53.& multis ſequentibus.

IX.*For-*

IX.

Forma conſiderari poteſt, tùm per remotionem; tùm per receptionem. Removeri enim hîc neceſſariò debent Requiſita, quæ præter ſenſum legis, teſtantibus injunguntur; ut eſt 1.) Requiſitio teſtiũ, *Mynſ. 6. O. 29.* de qua Veteres ambitiosè contendebant, *ap. Cyn. h. n. ult. Daut. n. 3. alios.* copioſè adducti à Cohtmanno *2. reſp. 68. n. 62. v. ſup. c. 2. th. 15.* Licet ipſe idem velit Cuj. *in rec. Cod. ad h. t. p. 7 ¼. lit. D. ibi: L. omnium 19 C. h. ſatis habet, ſi probetur teſtibus idoneis, oblatas ad eum modum finemq́; preces Principis conſilio fuiſſe.* Quem ſequutus Dn. Gothofredus, h. præciſè negat præſentiam Principis, ſine teſtibus, ſufficere (1) per particulam *etiam*: Unde colligit, ſoli Imperatori ac Principi, ea in re, fidem non haberi. *arg. l. 9. inf. de teſtib.* (2.) Quia Imp. hîc laudet præſentiam Nobilium & probatarum perſonarum. (3.) Quia verba, *jure teſte*, excludant ſaltem aliorum teſtium ſolennem numerum & rogationem. Verùm, ſalvâ ſemper tantorum Virorum autoritate, diſtinguendum (1.) cenſemus, inter id, quod adeſſe *debet*, ac de neceſſitate requiritur; & illud, quod adeſſe *ſolet*, & utiliter adhiberi poteſt, ut uberior fides negatio concilietur. *l. 1. C quom. & qu. jud.* Ad eſſentiã rei, Principis præſentiam ſufficere arbitramur: Quia Principis verbum, multorum inſtar eſſe teſtium debet. *c. 28. verſ. ſalva. de teſtib. Myn. ſing. 5. obſ. 34. n. 1.* Nam quæ ibi dicuntur de Papa, ab omnibus etiam ad Imperatorem referuntur. *v. Maſcard. de prob. conc. 139. n. 10. & 35. Gabriel. commun. opin. tit. de probation. concluſ. 2. n. 12. Farin. qu. 63. n. 82.*) Et, ut *pauſo poſt dicemus*, ad ſubſiſtentiam huius teſtamenti, tantùm requiritur, ut per ſupplicationem Principis auribus intimetur. Enimverò, quia Princeps rarò ſolet eſſe ſine paraſtatis, ac plerumque ſupplicationes ad ſcrinia remittit: Ideò per exaggerationem adjiciuntur, quæ communiter ſolent accidere. Itaque præter

neceſſitatem, etiam (2.) requiri putamus, ut Princeps ipſe ſcriniis ſupplicationem inſinuet: prout id requirere videtur Caſtrenſis *ad h. l. n.* 1. conſtituens, Principem, Teſtamentum ſibi delatum, Cancellario debere inſinuare & hoc factum probandum eſſe, per duos teſtes: *Quem Errorem itidem profligavimus ſupr. d. cap 2 th. pen.* (3.) Nec requirimus aut comparitionem in Conſiſtorio, aut exhibitionem, Magiſtro libellorum ſupplicum faciendam: Utcunque hoc non tantum Reuſnerus: *d. cap.* 18. *n.* 16 *Daut. h. n.* 1. *cum citatis*; ſed & ipſe Cuiac. exigat quando *in d. comment. C. de Teſtam. p.* 724. *lit. C.* formam huius Teſtamenti ſic deſcribit: Eſſe genus Teſtamẽti, quod fiat, in Conſiſtorio, apud Conſilium Principis, ſedente Principe & Nobilibus Proceribus, oblatis precibus, in iisque relatâ ultimâ voluntate ſupplicantis de diviſione rerum ſuarum, quam velit ſervari, poſt mortem ſuam. *Reuſneri & Cuiac. veſtigia legit. C. l. A. de teſtament. th.* 10. *n.* 1. Neque enim ſic omnia Juris ſolennia, rectè dicerentur remiſſa poſt Tepat. Barrius *de teſtam. l.* 1. *tit.* 2. & penè confunderetur Teſtamentum hoc cum altero, apud Acta. Supervacanea ergò multa deprehendas in formula, à Dn. Finckelthuſ. h. præſcriptâ, quæ ſic habet: Conciliatur inquit, fides & autoritas Teſtamento: hoc modo: (1) Qui ultimam voluntatem ſupplici libello complectitur, is libellum iſtum Principi offert, & ab eo petit, ut ultimam ſuam Voluntatem, in ſcrinia ſua deferat, (2.) ut legatur coram omnibus, in Conſiſtorio Principis, (3.) ut Magiſtro libellorum tradatur, qui libellum ad ſcrinia Principis referat; ſic enim demùm, *pergit ille*, preces iſtæ principem teſtem habent & conſcium, (cuius utique teſtimonium omni exceptione eſt maius,) Habent etiam deinde teſtes, omnes, Nobiles & probatas perſonas, quæ ſunt in Conſiſtorio Principis. *Quæ ſanè*, ut aliquando, vel etiam plerumque, certè utiliter & ſalubriter intervenire, non negamus: ſic, pro Eſſentialibus Juris Regu-
lis

lis, nequaquam agnoſcimus. §. Poſſet equidem, pro Cujac. & cæteris, Conſeſſum Conſiſtorii requirentibus, illud induci, quod *in verſ. ita nec.* legitur: Eum, qui ex hoc Teſtamento ſuccedit, toto jure, (quod in ſcriniis Principis conſtitutum eſt,) teſte ſuccedere. Scrinia autem. *inquit Cuiac. in dict. comment. C. de teſtament pag.* 724. Intelliguntur memoriæ; At hæc diſpoſita erant in ipſo Principis Conſiſtorio: rectè ergò colligi videbitur; Teſtamentum tale inſinuari debere, apud Conſilium Principis, teſte Principe ipſo, vel teſte jure omni, quod in ſcriniis Principis conditum eſt. Atenim, ex Analyſi noſtra, liquidò patet, *in d. verſ. ita nec.* non agi de forma teſtandi; ſed de ejus efficacia. Neque dicit Imp. Teſtatorem toto jure, (in ſcriniis poſito,) teſte, elogium condere debere; ſed heredem ſuccedere ex Teſtamento tali, quod poſtea ad Acta relatum eſt. Eſſentialia ergò requiſita, non ſunt confundenda, cum adjunctis: Nec multiplicanda ea ſunt, præter legis præſcriptum, *l. 8. de public. in rem. act. fac. l. 1. Novell. Valent. de Teſtam. ibi: Et in Auguſtam notitiam perveniſſe ſufficiat; etiamſi nullum proceſſerit, ex hac parte, reſponſum.*

X.

Lex autem, ſeu conſtitutio noſtra, alia deſiderat ab inſinuante; alia à Recipiente. *Ex illo latere*, hoc pro Forma requiritur, ut Teſtator ipſe, vel Procurator eius, *ut ſuprà tractavimus*, coram Principe, vel (*ut Reuſneus addit. dict. cap. 18. n. 5.*) Curiâ eius aut Cancellariâ, Voluntatis ſuæ tenorem, à ſe, vel alio, conſignatum, exhibeat, eaque ſchedâ, ultimum elogium ſuum contineri teſtetur: nullâ præterea aliâ ſolennitate, vel ſcripturæ, vel teſtium, eorumque ſubſignationis, aut ſubſcriptionis adhibitâ. Sic enim iterum in Novell. Valentiniani Præcipua vis Formæ, in oblatione precum, collocatur. *d. tit. 4. de Teſtamentis. ibi. Cum hoc*

Digitized by Google

ipſum, quod Serenitati Noſtræ, preces obtulerunt, ſit Teſtamenti ordo præcipuus. Malè verò aliqui, Formam huius Teſtamenti, in interrogatione & conſultatione Teſtatoris collocant. *vid. Dn. Gothof. ad h. l. 19. in verb. etiam conſcien iam. verſ. ſed & de eo* (*ibi*: Qui merâ ac ſincerâ fide Principem *interrogat*, Quemadmodum de rebus ſuis diſponat. *Et iterum ad verb. ſi reſcripta verſ.* Coram Principe teſtari dicitur, qui Principem, oblato libello *interrogat*, quemadmodum de rebus ſuis diſponat) Nam, ut (1.) aliàs Teſtamenta non debent pendere ab alieno arbitrio: *l. 32. de hered. inſt.* ita nec iſtud quod Principi offertur. *h l. 19. ibi: Voluntates hominum audire volumus; non jubere* (2.) Quia teſtandi forma, non conſiſtit in interrogando; ſed in ſanciendo & conſtituendo. *pr. I. de L. Falcid. l. ſæpè 53. de V. S. l.* 120. *ubi Gœdd. n. 1. eod. Donell. 8. comm 1. ibidemq; Hillig lit. C.* (3.) Nec requiritur in hac L. aliud, quàm ut Teſtatoris Teſtamentum, conſcientiam Principis teneat. (4.) rejicitur requiſitum reſponſi, aut ſententiæ Principis; Et conſtituitur (5) ſufficere, ſi Voluntas Teſtatoris ultima, per ſupplicationem, auribus Principis inſinuetur (6.) Ideoque etiam appellatur judicium *teſtatoris*; non *Principis*: itemque (7.) liberum arbitrium; Et planè (8.) omne momentum, in Voluntate defuncti, collocatur. *vid Cohtm. d. reſp. 68. n. 3. 5. ibi: precum porrectio ad ſolennitatem intrinſecam pertinet.*

XI.

Porrò, ex altera latere, h. e. *Ex parte Principis*, requiritur ſola Receptio, quâ conſcium ſe, & approbatorem actûs, conſtituat, eumque ſuâ autoritate firmet. Hoc enim pacto, accedens actui autoritas Principis, & confirmatio, ſive tacita ſive expreſſa, omnem ſupplet defectum Formæ, & ſolennitatum juris, in eiuſcemodi Teſtamento. *vid. Reuſner. d. loc. Salycet. h. n. 9. ibi: Quod eſſentiam & perfectionem Teſtamenti ſola Imp. præſentia ſufficit, adeò, ut ſolo Imperatoris teſtimonio debe-*

debeat ſtari, & etiam habeatur pro publicato. §. Quærunt Dd. an idem obtineat, in uxore Principis, ut & illa inſinuationẽ eiusmodi Teſtamenti validè poſſit recipere? Idque communiter affirmant: ut videre licet apud Barrium *d. lib. 1. de teſtã. tit. 3. n. 2. fac. l. 31. de LL. & quæ alia ſuggerit Dn. D. Carpzov. de L. Regia. cap. 11. ſect. 11.* Niſi præſtiterit aſſeruiſſe in his, quæ ad juſtitiæ adminiſtrationem pertinent, in uxore Principis, diſpoſitionem L. 2. de R, I. etiamnum obtinere. *vid. l. 57. de leg. 2. l. 1. C. de dignitat. Donell. 8. comm. 28.* excepto caſu, quò etiam fœminæ ex conſuetudine regni, regimini aſſideant. M. Mantua *ad d. l. 2. de Reg jur. n. 3.* ubi ampliat in Comitiſſã, de qua Reſponſum *inf. cap. 5.* ſubjectum, itidem agit.

XII.

Et hæc quidem, de ſententia conſtitutionis noſtræ, & formalibus requiſitis, in eadem expreſſis: Cæterum, (quod jam multoties dicere occupavimus,) neutiquam interim inficiamur; ſed ultrò iterum, iterumque fatemur: multis in locis, uberioris cautelæ, & facilioris probationis gratiâ, utiliter introductum, uſuque receptum, ut à tergò precum ſeu ſupplicationis, uno aut altero verbo, annotatio accedat: Non quidem, per modum Decreti, aut Confirmationis: (uti *vult. Reuſner. d. cap. 18. n. 13. & 26. id enim lex noſtra diſertè reſpuit;*) ſed per modum ſigni & teſtimonii, ritè factæ oblationis & receptionis. *Reuſner. d. n. 26.* Quam ſcripturam alii ſignaturam vocant, (Itali ipſum quoque officium eo verbo denotant: *Caldas. Conſil. 7. n. 12. Marta, de clauſul. 176. n. 3.* (alii Opiſtographum *arg. l. chartæ. 4. Ubi miſerè hallucinatur Accurſ. de b. p. ſecund. tabb. Pancirol. 2. variar. 108.* Solet etiam Schedula probatoria ex Cancellaria dari, quàm vulgò Recognitionem vocant, quæ & in levioribus negotiis, emanare ſolet. *vid. Wehner. in verb.* Revers. Alii Antigraphum, Ein Gegenbekantnuß/oder Schein vocant: *vid. Gail. 1. de pac. P. P. c. 16. n. 13.*

XIII.

Juxta Formam autem *intrinſecam*, quæ ad rei Conſtitutionem & ſubſtantiam pertinet: cognoſcenda etiam eſt forma *extrinſeca* ſeu probatoria, quæ veritatem & ſubſiſtentiam concernit. Quamvis etiam Teſtamentum hoc valdè ſit privilegiatum, & ſolennitates juris nullas deſideret; præter alia tamen intrinſeca requiſita, etiam probationem certæ & ultimæ voluntatis exteriùs depoſcit: h.e.(1)inſinuationem factam eſſe,ſecundum Voluntatem Teſtatoris: *h.l.* 19.*in f.ibi:ſecundum Voluntatem.* Et(2)in ea Voluntate Teſtatorem conſtanter,uſque ad extremum vitæ halitum, perſeverâſſe. *d.l.*19.*verſ.ne poſt ſententiam,ibi,ita demùm firmum ſit,ſi ultimum comprobetur.* Unde in ſimili Teſtamento privilegario, cum I. L. B. à Summo Principe,inter privilegia alia,etiam liberrimam,prout vellet, prout poſſet, teſtandi licentiam impetrâſſet, & de certitudine Voluntatis poſterioris,minùs Solennis,quâ prior,Solennis,abrogabatur, dubitaretur, reſpondit Facultas noſtra, 27.*Jun.* 1631. contra iſtam, præcipuè ex duabus iſtis cauſis, (quæ noſtro quoque Teſtamento *de facto*,fortè opponi poſſent.*arg.d.l.*19.*ibi:ſecundum voluntatem,h.t.*)rectè pronuntiari:

Erſtlichen/ inquiebant Domini, Dieweil nicht lauter vnd klar; Sondern auß erheblichen/ im Reſponſo gemeldten Vrſachen/ ſehr zweiffelhafftig iſt:Ob N. N. als der prætendirte Auctor vnd Teſtator, die ſtreitige letzſten Willens-Erklärung angegeben/ oder auch mit ſeiner Hand vnderſchrieben vnnd beſigelt habe; oder/ Ob es nicht vielmehr/ von jemand anders/ wie leichtlich hat geſchehen können/ vorrichtet worden &c. Dann/ ob ſchon/ auß ſonderbarem Käyſerlichen Privilegio, Einer/ zu keinen ſolennibus Teſtamenti/(wie auch dieſe genante Erklärung/ wegen darinn begriffener *ademtionis* vnnd *reſpectivè dationis Hereditatis,aut partis eius,pro Teſtamento* zu halten/*l.cum illud* 13.*§*.1. *in fin.ff.de jur.Codicill.§. codicillis.*

2.*In-*

1. *Inſtit. de Codicill.*|&c.) verbunden; Sondern auff jede andere Maß vnd Weiß/ wie ihme beliebig / teſtiren mag: So verſtehet es ſich doch allwegen/vnnd wird vor allen Dingen erfordert / daß es offenbahr vnnd vnzweiffelhafftig ſeye / daß das jenige was für deſſelben letzten Willen angegeben wird / warhafftig vnd in beſtändiger Meinung / alſo von dem Teſtatore geſchehen ſeye. *per text. evidentiſſimos: in l. Divus Trajanus 24. ff. de Milit. Teſtam. & § planè. 1. inſt. d. t. Ubi notabiliter dicitur: id privilegium, quod militantibus datum eſt, ut QUOQUO MODO facta ab his Teſtamenta, rata ſint: ſic intelligi debere, ut utiq; priùs CONSTARE, (φανερὸν εἶναι, h.e. manifeſtum & in propatulo eſſe, ut Theophilus interpretatus eſt) debeat, Teſtamentum factum eſſe: Concordat textus in L. Lucius 40. ff d. t. ubi definitur: Quòd id* LEGITIMIS PROBATIONIBUS OSTENDI *debeat. Quod communiter accipitur de probatione ea, quæ fit ad minimum, per duos teſtes. gl. ad d. l. 40* Weſemb. *ad inſt. d. §. 1. verb. conſtare. Mynſing. ib. Ubi etiam oſtendit, id ab aſſerente probandum eſſe.* Idque etiam in Teſtamento ſcripto locum habere, patet (1) ex generali & indefinitâ locutione. *d. l. 24. & d. §. 1. inſt. de Mil. teſtam.* (2) ex paraphraſi Græcâ Theophili, addentis: ἔτι ἐγγράφως, ἔτι ἀγράφως i. e ſive ſcriptum, ſive non ſcriptum. (3.) Ex eo, quod d. l. 40. in ſpecie, de teſtam. ſcripto loquitur. (4.) auctoritate Viglii Zuichemi. qui d. §. planè. n. 6 inſt. de mil. teſtam. præter ipſam Scripturam Militis, requirit, UT TESTES EAM ADSTRUANT; De eâ verò Scripturâ, quæ nullis teſtibus adſtruitur, id non aſſeverare audet, & ad minimum hoc requirit, UT NULLA SIT FALSITATIS SUSPICIO (5) Ex paritate Rationis: Quia ſcil. alioqui facilè fieri poſſit, ut quidā exiſterent, qui manum ejusmodi teſtatoris privilegiati imitarētur, ac per hoc vera judicia, & teſtamēta, (ſuppoſitis falſis,) ſubverterentur. *d. l. 24. in fin. & ad §. planè in fin.* Welches dann dem Kayſerl. Privilegio nicht abbrüchig; noch den Privilegiatis nachtheilig; ſondern vielmehr

vorträg-

Digitized by Google

träglich/Ja/niemand mehr/als den teſtatorib. ſelber/höchlich daran gelegen iſt/daß nicht ein jede/ſo beſchaffene Schrifft / ohne andern Grund und Beweiſung / für Ihre Schrifft oder Diſpoſition/gehalten werde: Prudenter & graviter Impp. in d. l. 24. & d. § planè in verſ. Nec ullorum magis intereſt, quàm illorum, quibus hoc privilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti. &c. Dann/ gewißlich/ Wann alle und jede Teſtamenta, Codicilli, oder letzſten Willen/under welchen eines oder deß andern Inſigel / beneben deſſelben Namens ähnlicher Underſchrifft befunden wird/ohne weitern Beweiß und gewiſſere Sicherung/für deſſelben warhafftes Teſtament / Codicill, oder letzſten Willen gehalten werden und gültig ſeyn ſollen; ſo ſeynd dadurch/ auch die falſa und ſuppoſititia Teſtamenta, (die ſich/ wie die Erfahrung bezeugt/ und in Reſponſo adjuncto angezogen / leichtlich finden können) authentiſirt: daß ſolcher geſtalt eben dieſes Privilegium nicht beſſer gedeyen würde / als dem Midæ ſein hochbegehrter Wunſch/ daß alles das Jenige/ſo er anrühren würde / zu lautern Gold werden ſolte / bekommen iſt: da ihme eben ſo wohl Speiß und Tranck im Munde/ (ſeiner Intention gantz ungemäß /) als alles anders/ was er begehrte/ zu Gold worden; und er weder eſſen noch trincken kont / alſo / den Wunſch zu widerruffen/ oder abzubitten/gedrungen worden. De quo Ovid. lib. 11. Metamorphoſ.

Attonitus novitate mali, diveſque miſerque:
Effugere optat opes, & quæ modò voverat, odit.

Fürs ander / Dieweil ſolche prætendirte anderwärtliche letzſten Willens diſpoſition / durch welche das vorige Teſtament / circa ipſam heredum inſtitutionem/geſchwächt und geändert werden ſolte/ unvollkommen iſt / und nicht alles das Jenige geſchehen / was der Teſtator zu waarem Urkund und gewiſſer Sicherung / zu thun Ihme vorgenommen/und ſich außtrücklichen bezeugt hatte: Sintemahl er dieſelbe nicht hat dem Rath zu N. N. einliffern / und dem / zuvor auffgerichten / letzſten Willen beylegen laſſen. Dann / obwohl ein ſolches / in Krafft deß Kayſerl. Privilegii / nicht eben per ſe, von nöthen; So iſt es doch per accidens von nöthen / dieweil es der Teſtator alſo gewollt / und ſich deſſen expreßlichen erklärt hat; mit außtrückentlichen Vermelden / daß ſolches zu waarem Urkund / und [NB.] gewiſſer Sicherung geſchehen ſolle.

ſolle: Eben ſo wohl/ als Er/ daß er ſolches / mit eigener Hand vnterſchrieben/ vnd ſein Inſigel auffgedrucket habe/ (welches in Krafft deß Kayſerl. Privilegii/ ein nothwendiges requiſitum iſt/) ſich hat vernehmen laſſen/ vnd vnder dieſen/ zu gewiſſer Sicherung ſeines endlichen Willens Ihme fürgenommenen Stucken/ keinen Vnterſcheid gemacht hat.

Nun iſt aber bekannten Rechtens / beſonders in ipſa cauſa ultimarum voluntatum, cum prius Teſtamentum per poſterius infirmari debet, daß/ wann nicht alles geſchehen / was geſchehen ſollen; ſondern noch etwas hinterſtellig geblieben/ derſelbige Actus vnkräfftig vnd von vnwürden iſt/ nit anders/ als ob gar nichts geſchehen oder vorgangen wāhre Text. clariſſimus, *in §. ex eo: inſt. quib. mod. teſt. infirm. Ubi ſubjecta decidendi Ratio notabilis eſt: Quod imperfectum Teſtamentum, ſine dubio, nullum ſit. Quæ etiam alibi generaliùs proponitur, veluti ab Imp. Iuſtinian. in l. penult. in fin. C. de his quib. ut indign. Nihil actum eſſe credimus, dum aliquid addendum ſupereſt; Et à Plin. lib. 5. Ep. 8. Quod non eſt peractum pro non inchoato eſt. Sicut & aliàs multa tractantur, quæ non perficiuntur. per vulg.* Welche imperfectio diß Orts/ vmb ſo viel deſto mehr in conſideration zu ziehen / Quia non tantùm eſt imperfectio formæ, ſed etiam imperfectio voluntatis, aut certè magnum imperfectæ voluntatis argumentum: daß es wohl das Anſehē hat / ob ſchon der Teſtator, mit ſolchen Gedancken vmbgangen; hab er doch kein endliche vnd ſchließliche / oder beſtändige Reſolution gefaßt; ſondern damit ingehalten/ vnd es letzſtlichen dem lieben Gott befohlen/ ſicut de Imp. Tiberio ſcriptū eſt (apud Tacit. lib 6. Annal. c. 46. v. 4.) incertus animi, feſſo corpore, conſilium, (quem vellet deſignare ſucceſſorem, ſive cui imperium relinquere vellet,) cui impar erat, fato permiſit. Welches ſich aber/ mit der Natura Teſtamentorum & ultimarum Voluntatum, nicht vergleichet. Dann / dazu gehört nicht nur affectus, cogitatio & propoſitum animi; Sondern auch eine ſchließliche Meinung / vnd beſtändige endliche reſolution; Unde Teſtamentum definitur SENTENTIA: *l. 1. ff.*

q uiteſt.fac.poſſ. Et literæ, quibus hereditas promittitur, vel affectus exprimitur, ne quidem Codicillorum vim habent. *l. litera 17. ff. de jur. Codicill* Welches ohne Zweiffel eben die Vrſach iſt/ warumb auff beklagter Seiten / (ut in facti ſpecie proponitur,) Mittel vnd Weg geſucht worden / daß ſolche diſpoſition, nach deß Teſtatoris Tod/ den Actis Senatus beygebracht worden.

Iſt alſo/ vmb dieſer beyden / in expreſſis juris textibus gegründeten Vrſachē willen/ (die übrigen/ als welche noch mehr zweiffel erregen möchten/ an ihren Ort geſtellet) vnſere beſtändige Meinung / daß die propoſita facti ſpecies der geſtalt/ wie von dem Herrn Autore deß Reſponſi geſchehen/ zu decidiren ſeye: geſtalt wir auch dieſelbe / (ſalvò aliorum prudentiorum, aut meliùs de facto informatorum, judicio,) hiemit beſter Form/ approbiert haben wöllen. In Vrkund vnſerer Vnderſchrifft / und auffgedruckten der Facultät gröſſern Inſigel. Actum Straßburg den 27. Junii, Anno 1631.

XIV.

Denique *Effectus* hanc teſtandi formam conſequitur pleniſſimus, cum quoad Teſtatorem ipſum; tum quoad heredem ejus. *Quoad Teſtatorem*, quatenùs eius Voluntas conſideratur, tùm ut mutabilis, tùm ut ſuprema. Etenim, ut aliæ Voluntates hominum, tùm demùm pro Teſtamentis habētur, ſi ultimæ ſint: *l. 4. de al. leg.* ita etiam privilegiaria teſtamenta, tùm demum pleno jure gaudent, quando teſtator in his perſeveraſſe comprobatur. *ſup. th. 13. pr.* idque ideo, ne beneficium Principis in odium & diſpendium beneficiati (ut loquuntur) ſeu proviſi & privilegiati detorqueamus. Iſtaque mutandi elogii libertas, non deſiderat conſcientiam aut cōſenſum Principis: ſi maximè vel ipſe Princeps heres ſcriptus ſit. *per l. 6. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Quod ſi ſuprema placuerit, jubet Conſtitutio Teſtatorem de validitate & executione Voluntatis, adeoque ſucceſſore ipſo ſecurum eſſe.

XV. Quod

XV.

Quod heredem attinet; Ille & Ius hereditarium, atque adeundi facultatem, (quoad effectum primum) vel, ſi hereditas non vacet, remedia omnia, quæ legitimis heredibus competunt, tàm petitoria, quàm poſſeſſoria habet. *Quoad ius adeundi*, à nonnullis id quaſi ſingulare hîc notatur; quòd quamvis hoc teſtamentum non aliter valeat, quàm ex beneficio Principis, & quadam indulgentia, aut diſpenſatione; Nihilominùs tamen, in huiusmodi Teſtamento ſcriptus heres, Jure Civili, quandoque intra annos 30. (cæteris paribus,) adire hereditatem poſſit. Cum tamen aliàs, eo caſu, quo Teſtamentum non ipſo jure; ſed æquitate tantùm prætoria, vel Principis autoritate ſuſtinetur, heres per aditionem, (quævis tota eſt Teſtamenti,) perpetuò ſuccedere nequeat: ſed b. p. quoad prætorem vel judicem competentem, intra brevem unius anni terminum, ſi ex liberis vel parentibus heres quis ſcriptus ſit, vel intra centum dies, ſi extraneus ſit inſtitutus, petere vel agnoſcere compellatur. *Ita Reuſner. Volum. 2. de teſtam. part. 4. cap. 18. n. ult. fac. l. 1. pr. de ſucceſſor. Edict. l. 9 §. 1. Quib. ex cauſ. in poſſ.* Niſi dicamus, id non tàm ex diſpenſatione ſpeciali; quàm generali diſpoſitione, & L. autoritate pendere.

XVI.

Etenim, ſi non ſit præſtitutum deliberationis tempus à teſtatore, vel à judice; facultas adeundi ex jure civili eſt perpetua: Jure autem prætorio, agnitio b. p. eſt temporalis. *Cuiac. in recit. C. de jure delib. ita accipe VVeſenb. in parat. de acquir. herd. n. 7.* Atqui hoc caſu hereditas defertur tanquam ex ipſo jure civili, inſuper habitó prætoris auxilio. Ergo idem, quod in cæteris cauſis communiter obtinet, juris erit. Remedia ſingula hîc ut adducamus, inſtituti Ratio non

Digitized by Google

patitur: De illis, quorum L. hæc, & Novella Valentiniani diſertè meminerunt, hoc adjiciamus: Non habere quem *neceſſum*, ut prætoriâ b. p. utatur, cum & ſtatim ex Ed. D. Hadriani, hereditaria corpora conſequi poſſit; *prout Impp. in d. l. 1. Novell. Valent. ſæpiùs allegatâ, profitentur.* Quæ verba non excluſivè intelligenda ſunt; ſed incluſivè, & per deſignationem remedii maximè conſpicui, commodiſſimique. *vid. l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll. & ibi Giphan. (ex quo pleraq; deſumſit C. A. in tit. teſtam. quemadm. aper. th. 7. & ſeqq.) Adrian. Gylman. ſupplicat. pro citatione, ad videndum ſe immitti, ex d. l. ult. in Symphorem. tom. 2. part. 3. p. 382.*

XVII.

Contraria huic Teſtamento ſunt vitia, quæ incurrit; ſeu cauſæ ex quibus infirmatur: quæ & ex communi titulo: de injuſt. rupt. irrit. fact. Teſtam. peti poſſunt; & quia illæ non omnes huic conveniunt (quippe ſolennitatibus & cauſis conſtitutivis in iſto non intervenientibus) etiam ex l. ult. C. de Ed. Div. Hadr. toll. Etenim teſtamento, vel initiò vitium abeſt; vel ritè condito ſupervenit, *Bachov. ad Treutl. 2. diſp. 10 th. 7. a p. 560.* Ex illo Teſtamentum propriè fit injuſtum, h. e. vel non jure factum, ubi ſolennia Juris omiſſa fuerint; *l. 1. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* vel nullius momenti, cum eſſentialia neglecta fuerint h. e. filius in poteſtate ſit præteritus. *d. l. 1. l. 30. de lib. & poſth. de cuius diſtinctionis effectu, vide l. 17. de in rupt.* Prius vitium, hoc teſtamenti genus propriè non incurrit, cum nulla juris in eo requiratur ſolennitas; niſi in ipſis requiſitis formalibus, ſuprà expoſitis, aliquid fuerit prætermiſſum. *d. l. 19. verſ. Nec inſtitutus heres pertimeſcat, cum oblatas preces, ſecundum voluntatem defuncti, idoneis teſtibus poſſit approbare.* Poſterius vitium etiam hîc locum habere arbitramur *per verba fin. d. l. 19. ibi: Si ei alia nocere non poſſunt.* Neque enim vitia eſſentialia Princeps, receptio-

ceptione iſta indefinitâ & generali, confirmare cenſetur. *arg. l. 2. ibi: ſpecialiter. C. quand. decret. opus non eſt. l. 1. C. de his, qui ven: & l. ult. C. ſi min. fact. al. rat hab. Cuiac. in comment. C. d. t. quand. decreto opus non eſt. Weſemb. in parat. de reb. eorum, qui. num. 5.*

XVIII.

Supervenientibus vitiis, Teſtamentum in ſpecie, vel rumpitur, vel irritum fit. *Rumpitur*, vel agnitione ſui heredis; vel Mutatione Voluntatis. Heres Teſtatori agnaſcitur, vel naturaliter, vel civiliter; Ibi iterum vel verè, *ut in l. 3. §. 1. de injuſt. rupt.* Vel quaſi. *vid. l. 13. d. t.* Civiliter liberi teſtatori ſuperveniunt legitimatione & arrogatione. *vid. Bachov. d. th. 7. lit. A.* Mutatione Voluntatis, ſi priùs Teſtamentum, vel verbis, ut ſic dicam, ſcriptis, aut nuncupatis, legitimè tollatur. *l. 2. & 11. d. t. § 1. & 2. Inſtit. eod. l. ult. de pet. hered. l. ſancimus. 27. C. de Teſtam.* Vel facto, ad eundem finem directo: Veluti, ſi teſtator, tabulas inciderit, ut inteſtatus moreretur. *l. ult. de his quæ in teſtam. del. l. ult. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt. eleganter Bachov. d. diſp. 10. th. 7. B. p. 564. & ſeqq.*

Et hos poſteriores modos Impp. noſtri per expreſſam reſervationem, teſtamento huic aſſignârunt, ne quis putaret, autoritatem Principis huic Teſtamento vim immutabilitatis circumponere. *d. l. 19. verſ. Ne poſt ſententiam noſtram inhibitum videatur commutationis arbitrium &c.* Cum hoc ipſum, quod, per ſupplicationem, auribus Principis intimatur, ita demùm firmum ſit, ſi ultimum comprobetur, nec contra judicium ſuum defunctus poſtea veniſſe detegatur.

XIX.

Irritum denique fit Teſtamentum, aut Deſtitutione; aut Capitis deminutione. Deſtitui teſtamentum intelligi-

tur, ſeu deſeri, cũ ex eo non aditur hereditas, ſeu herede prædefuncto, ſeu adire dubitante & repudiante. *d.l. 1. in fin. de injuſt.rupt.irr f. t. §. 2. ibi. Ideoq́, ſi quis aut noluerit heres eſſe aut vivo teſtatore aut poſt mortem ejus ante, quam hereditatem adiret, deceſſerit l. Quib. mod. teſtam. infirm. v. Bachov. d. th. 7. lit. D. Bernh. Sudholt. diſſert. 9. th. 14. Reuſn. Volum. 2. part. 6. cap. 20.*

Capitis deminutio teſtatoris hîc inprimis accipienda eſt gravior, cum maximam & mediam capitis deminutionem Teſtator patitur. *l. 6. §. 5. & ſeqq. d. t.* Minimæ Capitis deminutionis duæ ſunt ſpecies: Adoptio & Emancipatio; Et quod Emancipationem quidem attinet, ſi filiusfamiliâs de bonis caſtrenſibus, vel quaſi teſtatus fuerit, teſtamentum ſalvum manet. *§. Deniq; 5. J. de milit. teſt. l 22. eod. Qui textus, licet de militibus loquantur; Tamen etiam ad cæteros porrecti videntur: l. 1. §. 8 de bon poſſ. ſecund. tabb. l. 6. §. ult. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Cum per Emancipationem filiusf. reverâ non in deteriorem conditionem, (ut olim, in deductione in ſervitutem, imaginaria, videbatur, *l. 3. & 5. de cap. demin.*) ſed omninò in meliorem ſtatum reponatur, *vid. Bachov. d. loc. p. 572.* Adoptio, vel in ſpecie ita dicitur; vel Arrogatio. Adoptio *in ſp. d.* fit, vel ab extraneo, vel ab aſcendente: per illam non irritatur Teſtamentum, cum per eam non fiat tranſitus in poteſtatem. *Bachov. d. th. 7. D. p. 572.*

Quin etſi ab aſcendente facta fuerit adoptio, ne ſic tamen irritari videtur Teſtamentum, cum quoad bona caſtrēſia vel quaſi, Teſtator talis etiamnum pro patref. habeatur. Secùs eſt in arrogatione, cùm per eam, & perſona, & bona quævis, poteſtati Arrogatoris ſubjiciantur, adeoque Teſtamentum de his conditum, quaſi mutata diſponentis voluntate, & translatis in alium bonis, rumpi neceſſe eſt. *l. 8. §. ſi poſtea. 3. de jur. Codicill. l. 11. §. ult. de b. p. ſecundum tabb.*

XX. Com.

XX.

Comparemus nunc etiam Vitia, quæ ex l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll. ſolent elici, & diſtingui *in Apprarentia*; quæ Dd. dicere ſolent viſibilia, aſpectabilia, ſeu in oculos incurrentia,) &, ut ſic dicam, *Transparentia*, latentia & deducenda: (illi inviſibilia appellant;) *Apparentia* & Evidentia, ſeu eminentia ſunt, quæ ex prima Tabularum inſpectione ſeu intuitu & aſpectu apparent: veluti, ſi vel ipſæ Tabulæ raſæ, cancellatæ, aut abolitæ fuerint; vel aliis eſſentialibus Teſtamenti requiſitis palàm aliquid deccdat. *vid. Sichard. ad l. ult. n.* 19. *& cæteros. C. de Ed. D. Hadr. toll. Gipph. ibid. Peregrin. de fideic. art.* 48. *Chirodot. de cautel. pag.* 169 *Menoch. de remed. adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *n.* 699. Minus apparentia vitia dixeris ea, quæ altiore opus habent indagine, inquiſitione & excuſſione, veluti, (ſi ratione perſonarum,) aut Teſtator jus faciendi teſtamenti; aut heres jus capiendi è teſtamento, non habuerit; *C. A. d. loc. th.* 10. *Cranius de interd. cap.* 4. *n.* 19. *verſ.* 3. Aut, ſi (ratione materiæ) preces minùs ſinceræ; ſed falſæ & fucatæ fuiſſe detegantur. h. l. 19. pr.

XXI.

In his vitiis eadem hîc quoque differentia admittenda cenſetur, quam Dd. in aliis Teſtamentis adhibent; Quod ſcil. in liquidis & eminentibus vitiis, (ſive, ut illi vocant, viſibilibus;) miſſio ex Edicto D. Hadriani non procedat. *d. l. ult. in verb. Neq; cancellatum. C. de Ed. D. Hadr. toll.* Inviſibilia autem ſeu illiquida, miſſionem ex d. l. ult. non impediant. *C. A. d. th.* 10. *Herm. Meyrer. lib.* 3. *de teſtam. ſucceſſ. tit.* 12. *n.* 5. *Cothmann. cum allegat.* 4. *reſponſor.* 36. *n.* 9. *& ſeqq.*

CAP.

CAPUT VII.

Corollarium (ſupra cap. 5. promiſſum) de vi argumenti à contrario ſenſu repræſentans.

SUMMARIA.

1. *Argumentum à contrario ſenſu, fortiſſimum communi calculo in Jurisprudentia haberi: uno Antonio Merenda palàm diſſentiente.*
2. *Cuius negandi cauſæ & referuntur & refelluntur.*
3. *Inprimis autem l. 27. de LL. qua maximè ille movetur; excutitur & explicatur.*
4. *Porro declaratur hoc axioma per rationes,*
5. *Et exempla, à Dd. ineptè pro ampliationibus, & inter eas, iactata:*
6. *Quorum (Interpretum) rationes itidem examinantur.*
7. *Et inprimis illa: quod argumentum à contrario ſenſu non procedat in textibus Codicis.*
8. *Nec in privilegiis, ſtatutis, conſtitutionibus & deciſionibus curiarum.*

9. Sub

9. *Subiiciuntur deniq; limitationes genuinæ,*
10. *& obſervationes aliquot, inprimis notabiles.*

I.

NE quid ex ſolennibus, in tractatione iſta cum apparatu, omittamus; loco theorematis, de argumento à minore ad majus, quod alibi diſcuſſum eſt, *in Coroll. part.* 3. *elem Iurispr.* congeminum aliud, nec minus in jure frequentatum, ac in hac ipſa quoque lege quadantenus uſurpatum, uberioris exercitii gratiâ, *ex prælectionibus Dn. Præſidis ad l.* 1. *de offic. ejus cui mandat. eſt ICtio, jam olim habitis*, *petitum*, hîc proponemus, eâ methodo, quam in expedienda Jurisprudentia Brocardica, expeditiſſimam arbitramur. Etenim, licet communiter receptum ſit illud Brocardicum: Argumentum à contrario ſenſu eſſe fortiſſimum. *Gloſſ. ad l.* 1. *de offic. eius, cui mand. eſt jurisd. in verb. non aliter: & poſt eam Jaſ. ibid. n.* 26. *ut & pleriq; interpp. citati à Nævio in Syſtemate ibid. & ab Everhardo in top. loc.* 82. *Barboſ. in loc. commun. argum. juris uſu frequentior. loc.* 26. *Bruner. à Sole: in locc. com. Vocab. argumentum n.* 3. *facit eximiè l.* 3. *C. ne ux. pro marit. l.* 7. *C. de hereditar. action.*

Unus tamen, quòd ſciam, à receptiſſima ſententia, noviter receſſit, Anton. Merend. 2. *controv.* 7. his propemodum rationibus procedens.

II.

Primò, inquit, argumentum hoc obtinet, aut in LL. poſitivis, aut in LL. non poſitivis, ſed acceptis à natura, aut Deo, aut Statibus, h. e. divinis, naturalibus, fundamentalibus. *Non in his* legibus ſuperioribus; quia iſtæ LL. juſtæ ſunt per ſe, & ex principiis naturæ vim ſuam mutuantur,

quæ,cum nobiſcum natæ ſint, nobis etiam notæ ſunt per ſe. Ergò non opus eſt, per conſequentias voluntatem earum colligere. Atque ideò dicit, in l.15. C.de Epiſc.& Cler. argumentum hoc à contrario ſenſu non procedere, *n.5.f.Neq. etiam in illis*, (poſitivis) quia non tàm ad verba, quàm ad mentem dicentis, *inquit*, reſpiciendum eſt, quæ cum aliunde evidenter colligi poſſit,(veluti ex fine legis ex conſuetudine, ex opinione Legislatoris, ex commodis Reip. ex æquò & bono, ex circumſtantiis, &c.) Nec hîc argumento ejuſmodi opus eſt. Ergò nullibi locus erit huic argumento; ſed illud ſemper erit ſuperfluum. *Hæc illa* Reſp. 1. Merenda his & infinitis locis aliis, nihil aliud agit, quàm ut jejunitatem ſuam prodat. Si enim aliqua conſequentiæ huic vis ſubeſt, ſequitur; Nullis planè argumentis, imò ne arte quidem ulla opus eſſe: Cum tamen etiam ipſa naturalia principia, ut in aliis diſciplinis, ita etiam in jure tradantur & deducantur; (Sic alia eſt facultas ratiocinandi naturalis; alia artificialis; alia eſt vis eloquentiæ nativa; alia ex arte comparata, idque propter naturam hominum corruptam & malitioſam. 2. Falsò præſupponit, omnes caſus, jure naturali & liquidò eſſe definitos: *contr. l.12. de LL. l. 3. §. 2. de juſt. & jur.* 3. Ignorat leges bonæ oppoſitionis: Namque, ut poſtea dicemus, requiruntur in hac regula, oppoſita perfecta, ſecundum idem, ad idem, gradu pari accepta &c. Itaque *in l 15. C. d. Epiſc. & Cler.* nulla eſt perfecta oppoſitio, inter hæc: extra Eccleſiam inſtitui conventicula illicita non debere, E.intra Eccleſiam debere; ſed inter iſta demum: Extra Eccleſiam tantùm non debere talia fieri: Tum enim ſequetur, intra Eccleſiam poſſe ea patrari. 4. Immò ipſe JCtus *in l.3. de I. & I.* neceſſariam è jure naturali conſequentiam exſtruit: Quia natura cognationem inter nos conſtituit, & amorem ingeneravit. Ergo contra naturam eſt odium, ut alter alteri inſidietur. Ita in divinis Chriſtus negat, poſſe quē ſervire Mammonæ ſeu Diabolo,

abolo & DEO,quia ſint contrarii. *Matth.6.v.24. R. Renec. lib.* 1. *clav. Theolog. pag.* 32. *cap.* 60. Ita in LL. fundamentalibus,argum.à contrario ſenſu militat, cum Princeps promittit juſtitiam & moderationem: invaſionem enim abfuturam,eo ipſo pollicetur Ita denique in politicis, ſi ſciamus ea,per quæ corrumpātur Reſpubl. ſcimus etiam ea, per quæ conſerventur, *Ariſt.* 5.*polit.* 8. Quod ICti etiam ſuum fecerunt. v. g. in loco de procurat.cum quæreretur: An alicui Procuratorem habere liceret? Inſpiciendum eſſe JCtus monuit annon prohibeatur Procuratorem dare; prohibere enim & non prohibere,contraria ſunt. *l* 83. *§.* 1. *de procurat.* Idem in judiciis.*l.*12.*ubi Gloſſ. multa exempla cumulat,de judic.* Idem in materia teſtium, *l.*18,*de teſtib. & aliis.v.* l. 8.*de acc.t.t.ff.& inſt.de his qui vel ſui.ubi Mynſ.n.*3.*vides,inquit,fundamentum eſſe,locum à contrariis.add. c.cum apud* 28. *de ſponſ. l.ab ea* 5.*de prob. Petr.*Greg. *Tholoſ. l.*32.*ſyntag.mat.c.* 12, *Weſemb.in par.tit.de pact.n.*5.*& in tit.de poſt.n.*4.

Pergit Merenda, n. 8. hoc modo: ubi de Mente Legislatoris conſtat,non opus eſt, ut aliud quæramus. At, ſi finem & rationem conſtituendi attenderis, ſtatim de mente conſtabit. Ergò non opus eſt,ut arguas à contrario; *Reſp.* Limitando Majorem, Non opus, inquam, ut aliud quæramus in eo,de quo nobis conſtat; Cæterùm, non ſtatim cognito fine, aut ratione juris de uno ſubjecto conſtituti, patet etiam alterum v.g. Si lex edicat impuberem paciſci non debere, ne facilè capiatur: Hîc & mens & ratio legis patet: Neque tamen inde liquidum eſt, an minorennis, mutus, ſurdus, mulier &c. paciſci poſſint. Ergò id ex aliis argumentis petendum eſt. Quid,quod aliis velut in rebus; *vid. Weſemb. de pact.n.* 8.*med.* Sic in mente etiam Legislatoris plures hærere poſſunt fines & rationes nobis incognitæ: *l.* 20.*de LL.* (quemadmodum rationes regularum juris ſæpiuſculè ignoratas fuiſſe vulgò, docet, *l.ita vulneratus* 51. *§. ultim.*

Digitized by Google

ult. verſ. quod ſi quis abſurdè & verſ. multa autem jure civili contra rationem. ad L. Aquil. quod per manus. 10. *de jure Codic. Cujac.* 12. *O.* 38. Quomodo ergò ſufficiens argumentatio hinc poteſt depromi. Præterea finis duplex eſt: ꝰ *cuius*, & ꝰ *cui*. Ille eſt quem efficiens intendit aſſequi; & eſt, vel principalis, vel minùs principalis: *Principalis* iterum vel ultimus, vel intermedius ſeu ſubordinatus. Finis cui, eſt id, cui finis ꝰ intenditur: *Reneccius, lib.* 1. *Clav. Theolog. c.* 26. *p.* 39. Major tantùm de fine principali & ſolo accipi poteſt.

Scribit tamen ille porrò: Quemlibet argumentandi modum ita neceſſarium eſſe, ut aliquando res intelligi nequeat ex ullo alio, niſi ex iſto genere argumentandi. Atqui argumentum à contrario ſenſu non eſſe neceſſarium, quia ſemper aliundè explicatio peti poſſit. E. Reſp. Quamvis Major non abſolutè videatur cōcedenda eſſe: Cum quædam ſint neceſſaria ſimpliciter; quædam ad faciliorem & commodiorem intellectum: Exempla tamen ſubjecta docebunt, (*quoad minorem,*) maximè neceſſarium eſſe hujus argumenti uſum. *vid. Renec. d. l.* 1. *clav. Theol. c.* 52. *p.* 118 *& inprimis Hotomannum noſtrum: lib.* 3 *dialectic. Inſtitut. cap.* 25. *&* 26, *ubi partite omnia, per exempla artium cognitionis atq; actionū declarat.*

Nam, quod ille, quarto loco, ait, n. 11. Nullum adhuc prolatum eſſe textum, ex quo colligatur, argumentum à contrario ſenſu eſſe ſpecialem argumentandi modum, gravi improperio omnes retrò Dd. onerat: Itaque ſuis, cuique locis vindiciæ parandæ ſunt. Dicit autem id non probari (1.) l. 1. de offic. eius *ut rectiſſimè jam dudum monuerit Decian. in comm. ibid. n.* 38. Quia argumentū potiùs ſit ab abſurdo, quod inſulsè alicui ſpecialiter aliquid permittatur, ſi regulariter non ſit prohibitum. Idem n. 13. negat id probare, *l. ſi Teſtamento. §. tum & l. ex eo. de teſtam.* neutrum locum inſpexit.

xit; Voluit enim dicere *l.* 20. *§ de teſtam.* & *l.* 42. *de teſtam. milit.*)uti nec textus reliquos,per frequentiſſimum taytologiæ virium,idem ſemper regerens, & per l. 22. de LL.oſtendere conniſus; abſurditatem ex re ipſa potiùs, quàm ex verborum figura ſententiam colligi. v.g. Quia inſulſus ſit legislator:ſi in præteritum tantùm indulgeat, quæ in futurum non ſit indulſurus. *Reſp.* 1. Nulla iterum eſt in hoc argumento conſequentia,ſi quis ita colligat: Hæc ſententia continet manifeſtam abſurditatem: E. pervicaci adverſario ea abſurditas rationibus eruditis & evidentibus non eſt oſtendenda: e g.Fatentur omnes ſano judicio præditi,prima hæc eſſe principia, & mentibus hominum naturaliter inſita contradictoria, nec ſimul vera nec ſimul falſa eſſe poſſe: *Sthalius reg. philoſ.* 8. *tit.* 17. Interim tamen hæc ipſa artis eſſe poſſunt,quatenus ab ea definiuntur & declarantur. Ita Cic. in Top. Contrariorum negantium, inquit,ea vis eſt, atq; natura ut altero poſito vel cognito, alterum ſubmoveatur vel cognoſcatur: Quod, qui non admittit, certè abſurdus & inſulſus eſt. Unde apparet,ut alia argumenta, ita hoc quoque obnitentem ad abſurdum deducere. Sic in L. *1.* De officio ejus: ſi Lex maximè dediſſet licentiam prætori abfuturo jurisdictionem mandandi; Tamen nulla directò abſurditas reſultaret,ſi in ſimili quoque neceſſitatis caſu; idem Legislator permitteret: Verùm ſi interpretatio fiat, per argumentum à contrario ſenſu, tum denique ſententia JCti exiret hoc modo: Quod Lex tantum abfuturo Præſidi conceſſit,illud præſenti non eſt conceſſura; Atqui mandare jurisdictionem tantum abſenti conceſſit. Ergò.

I I I.

Quod 2. ad l. 22. de LL. attinet, varia ejuſdem eſt explicatio, cum gl. propoſitiones planè convertat. Bart. Zaſ. & alii, ſenſum ferè alienum adferant, (Legem, reſpicientem

tem præterita, nõ pertinere ad futura? Quod tamen abſolutè ſumtum, æquè falſum eſt, atq; illud Merendæ exempl. oppoſ. non eſt abſurdum, ut ille putat, ſi maximè quis ita colligat: Si Princeps hoc vel illud hactenus in præteritum indulſit, E. & inpoſterum indulſurus eſt; Quemadmodum id quoq; exactor Epiſcopi Cõſtantienſis, cujus Zaſius in d. l. meminit, animadvertit, qui ita ratiocinabatur: Quia Epiſcopus, accepto aliquo honorario, hactenus impunè permiſit ſcorta alere: E Et tibi, nondum habenti ſcortum, & in futurum comparaturo, impunè id per Epiſcopum futurum eſt, dato honorario. Supereſt ergò, ut oſtendamus, d. l. 22. nullâ aliâ ratione, quàm per argumentum à contrario ſenſu, poſſe explicari & defendi: Quod futurum eſt manifeſtiſſimum, dummodò vera oppoſitio exaudiatur, quæ evidens erit, ſi particula *tantùm*, (quæ in virtute vocis *Indulgentiæ* latet,) ſemper conjugantur: *per ea, quæ infrà dicentur*: Tum enim liquidò exibunt contrariæ propoſitiones iſtæ: Tantùm in præteritum indulgere, & non tantùm in præteritum indulgere; ſed in futurum. Unde rectè colligit JCtus: Quæcunque Lex tantùm in præteritum indulget, illa in futurum non indulget; v. g. Conſtitutio Regis Galliarum pacificatoria, eos tantùm Hugonotas in Parlamentis tolerat, qui prætetito tempore in curias allecti ſunt. E. in poſterum eos non tolerabit, ſeu permittet, de novo in ordinẽ adſumi. *v. Donell.* 1. *com.* 14. (Qui tametſi huc omninò pertinere legem iſtam concedat, ut ſc. intelligatur; Omnem legem ſeu conſtitutionem, in re contraria, contrarium velle, mentem tamen JCti non ſatis exprimit, cum exempl. inconveniens ſubjicit: ſcil. cum Lex in certum tempus quid concedit, ut reſtitutionem in integrum intra quadriennium; Eo tempore elapſo, beneficium denegari: Nam exemplum hoc de factis futuris loquitur, itemque de licitis; Lex autem noſtra de præteritis, & jam patratis, iisque illicitis. Itaque melius Ant. Fab. ad d.

l. 22.

,22. Indulgentia, inquit; propriè tantùm ad ea pertinet, quę prohibita vult Legislator, niſi quatenus indulget: *fac. l. ult. ibi: indulgentia pœnæ gratiam facit. C. de general. abolit. l. 2. 3. 11. C. de ſent. paſſis.* E. indulgentia reſtricta ad tempus præteritum, includit tacitam prohibitionem in futurum.)

IV.

Cum igitur hunc in modum regulam propoſitam contra vanas Merendæ impetitiones, aſſeruerimus; ſequitur ut eam, per ordinaria Capita, explicemus.

